PENTATEUCHUM FIDEI, SIUE VOLUMINA QUINQUE. DE ECCLESIA, DE...

Antonio Pérez



VOLVMEN SECVNDVM.


DE CONCILIIS,

AD ILL. INDIARVM PATRIARCHAM Senatus Cruciata Præsidem,

AVCTORE

Fr. Antonio Perez Monacho Benedictino.

Cum duplici indice rerum notabilium, & verborum Scripturæ sacræ.



CVM PRIVILEGIO.


MATRITI.

APVD VIDVAM ILDEPHONSI MARTIN.

Anno M. DC. XX.

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. Didaco de Guzman, Indiarum Patriarchæ dignissimo, &c.

Fr. Antonius Perez S.



ONCILIORVM Ecclesiæ patrocinium, quod aduersus calumniantes suscepi, tibi INDIARVM PATRIARCHAE ILLVSTRISSIMO, iure sacrandum volui. Vt qui congregandi Concilia potestate gaudes, authoritate etiam eadem defensandi gaudebis. Illud quidem, quia Patriarcharum est Episcoporum diœcesibus, & Archiepiscoporum prouincijs; imò & ipsismet Episcopis, & Archiepiscopis præfici, & illis, collato studio, iura dare. Istud, quia viros eximios & egregiè Catholicos decet à Concilijs stare. Inter hos autem tu ipse tanta celsitudine splendes, vt vel consultissimus noster Philippus Tertius Hispaniarum Rex, tuus ac dominus noster, qui pro meritis distribuit singula, tibi vni multa erogauerit, eademq; sublimia. Siquidem pręter Ecclesiastica munia, quæ summum Regalis Sacelli concernunt Antistitem: filiarum suarum teneram disciplinam, eleemosynarũ etiam profusissimam dispensationem, Cruciatæq; bullę præfecturam suppremam, cum multis alijs, quæ multos possent, etiam è præstãtioribus, exornare viros, in te vno amantissimè cumulauit. Nec sanè mirum: nam vt verè Theologus, pariterq; condiscipulus meus, probè ex D. Thoma calles, in superioribus debent esse vnita, quæ in inferioribus inueniuntur dispersa. Tu autem genere Guzmanus cùm sis (hoc est) Gottus Magnus, siue Magnus Homo, animi indole ingenuus, morum honestate præclarus, humanitate atq; comitate beneuolus, planè inter Supremos es; & vtinam inter Supernos sis, superna fœlicitate congaudens. Vale.



VOLVMEN DE CONCILIIS.

SVMMARIVM.

1 *Quinam de Concilijs scripserint?*
2 *Quid ly Concilium?*
3 *Quid apud Christianos ly Cōcilium?*
4 *Partitio operis.*



1 Quinam de Concilijs scripserint.

GGREDIMVR Disputationem de Cōcilijs cū his qui rem istam fœlicius peregerunt, vtique cū Hilario *a* Isidoro *b* Beda *c* Thoma Vvaldens. *d* Turrecremata, *e* Gerson, *f* Castro *g* & Bellar. *h*

2 Quid ly Cōciliū.

A nominis autem etymologia hoc opus inchoandum est, quam præfati tradunt authores, dicentes, *Concilium idem esse quòd Optimatum reipublicæ conuentus & comitia in vnum locum consulendi gratia congregata.* Vnde non tàm à consilio, siue consensu (vti Festus vult) quàm a conuocando deriuatur. Inde illud Virgilij.

Conciliumque vocat diuum Pater atque hominum Rex.

Itē & illud Iulij Cæs. *i Quib⁹ de causis cōcilio cōuocato de sūma rerū deliberare incipit.*

3 Quid apud Christianos ly Conciliũ.

Apud Christianos autem Cōciliū idē sonat quod cœtus & conuentus Patrū, vt simul collatis sententijs, tandē decernant, quod melius visum fuerit. Vnde Isidor. *K Cōcilij nomen tractum est ex more Romano. Tēpore enim quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant: vnde & Concilium à cōmuni intentione dictum, quasi cōmunicilium. Nam cilia oculorum sunt: vnde & considiū D. in L. literam transeunte.* Alij consciliū quasi concilium à societate scientiū: vel Consilium à consulendo: seu quòd in vnā rē plurium mentes consideāt.

Tractatum autem istum in quinque partes diuidendum curabimus: in prima disputabimus de causa finali Conciliorum, vt inde eliciamus possibilitatem, vtilitatem, conuenientiam, & necessitatem illorum. In secunda de causa efficiente: vt sciamus, ad quem pertineat Conciliorum conuocatio & collectio in tertia de causa materiali, vt mēte assequi valeamus, quinā iure sint ad

4 Partitio operis.

Cōciliū vocādi: In quarta de formali, vt internoscamus, quænā sit potestas, & authoritas Conciliorum. In quinta de proprietatibus & effectibus illorū; vt sic absoluamus rem totam. Ad primam igitur peruenientes sequentia dubia examinanda sunt.

a *Lib. 1. de Synod.*
b *Li. 6. ety. c. 16.*
c *Lib. de 6. ætatib.*
d *Li. 2. Doct. f. ca. 26.*
e *Lib. 3. summæ.*
f *De potestate Concil. can. 2. de locis*
g *4. De hæresibus*
h *Bellar. tit. 1. tit. de Conc.*
i *Lib. 2. de bello ciuili.*
K *6. etym. c. 16.*

DVBIVM PRIMVM.

Vtrùm ad Ecclesiæ commodũ Concilia sint necessaria?

SVMMARIVM.

1 *Arg. à parte negatiua ob multitudinis incommoda.*

2 *Confirmatur 1. ex multorum Conciliorum reprobatione.*

3 *Confirmatur primo testimonio Gregorij Nazian.*

4 *2. arg. à parte negatiua ex eo, quod per multa secula Ecclesia Concilijs caruit.*

5 *Arg. 3. ad idem, quia Spiritus Sanctus* Concilijs *non indiget.*

6 *Arg. 4. à parte negatiua ex eo, quod Concilia coguntur.*

7 *Magna* Conciliorum *vtilitas.*

8 *Conciliorum fructus.*

9 *Quid in Concilijs gerendum.*

10 *Quod nõ primũ in Ecclesia* Conciliũ

11 *Septem priora* Concilia *aduersus hæreses portentosas coacta.*

12 *Nota ex Imperat. Iustin.*

13 *Alia multa ad heresum confutationem celebrata.*

14 Ad *vitia extirpanda congregata Concilia.*

15 Ad *fugandos communes hostes* Con*cilia congregata.*

16 *Plures occurrerunt causæ conuocandi ad Concilium.*

17 *Inimici Ecclesiæ inuiderunt illi* Con*ciliorum cœtus.*

18 *Resp. 1. arg 1. cap. distinguendo inter multitudinem, sapientum & insipientum.*

19 *Multitudo insipientum mala sapientum optima.*

20 *Resp. primæ confirmat. multũ distare inter concilia & consiliabula.*

21 *Resp. secundæ confirmat. Gregor. Naz. acriter vituperasse* Conci*lia sui temporis.*

22 Di*scutitur, quo gradu necessitatis requirantur* Concilia *in* Ecclesia.

23 *Sententia* Bellarm. *in hac parte.*

24 Obijcit *sibi Bellarm. & objectionem dirimit.*

25 Pontifex *tenetur attendere* Docto*rum placita.*

26 *Remotis* Concilijs *mores corrumperentur.*

27 *Sententia authoris quatuor probationibus pro prima parte munita.*

28 Potest *Romanus Pontifex per se, & per priuatos* Doctores *Scripturæ profunda euoluere.*

29 *Ad quid* Concilia *sint simpliciter necessaria.*

30 Cur *priscis temporibus Ecclesia multis vexata hæresibus.*

31 *Vt medicus ægroto, sic* Concilia Ec*clesiæ erroribus infestatæ.*

32 *Multum refert* Conciliorum *cœtus ad* Ecclesiæ *bonum.*

33 *Ly* Concilij *etymon notandum iux Isidorum. Quale iudiciũ integrũ?*

35 *Non semper opus fuit* Pontificis Con*ciliorum celebratio ad definiendũ, licèt semper sint frugi.*

36 Aliquando *Concilia sunt simpliciter necessaria ad statum* Ecclesiæ *cõuenientem.*

37 Concilia *sunt cultura* Ecclesiæ *aduersus sordes.*

38 Preter *prouincialia concilia opus est aliquando generalibus.*

39 Diuturnum *in* Ecclesia *schisma.*

40 *Mirus cuiusdam Romani* Concilij *euentus.*

41 *Resp. argumẽtis* Bellar. *de quibus à numero 23. vsq, ad 26.*

42 Arg. Concilia Ecclesiæ *humanum fuisse inuentum.*

43 *Arg.* Conciliorum *originem plane diuinam.*

44 Conciliantur *prædictæ sententiæ.*

45 Concilia *olim inumbrata.*

46 Conciliorum *origo partim humana partim diuina videtur.*

47 *Bis in anno Cõcilia celebranda olim.*

48 Conciliorum *celebratio semel intra triennium.*

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

Argumenta pro parte negatiua.

1 Arg. 1. à parte negatiua ob multitudinis incommoda.

A PARTE negatiua dubij vel illud in primis esse potest, quod (vt frequenti vulgatur proloquio) vbi multitudo ibi confusio: imo vt Chrysost. habet *a Multitudo semper ingentia gignit mala*: & iterum. *Multitudo mater est seditionis & contumeliæ.* Cum ergo Concilium definiatur ab Isidoro, *Congregatio multorum*: consequens est, vt incommoda & nocumenta, potius quàm commoda & emolumenta pariat Ecclesiæ Catholicæ.

a Tom. 2. hom. 1. in c. 1. Matth.

2 Confirmatur 1. ex multorum conciliorum reprobatione.

Confirmatur primo ex eo, quod propter huiusmodi incommoda, & alia similia, multa etiam ex Concilijs generalibus reprobata leguntur. In primis enim reprobatum inuenimus Concilium generale Antiochenum, celebratum tempore Iulij primi anno 345. Item Concilium generale Mediolanen. celebratum anno 356. & alia quàm plurima, de quibus Bellarm. *b* ex Socrate, Sozomeno, Euagrio, Zonora, & alijs, ex quibus etiam refert 17. alia Concilia generalia partim approbata, & partim reprobata, vt Concilium Sardicen. celebratum anno 351. & Syrmien. celebratum anno 356. & cap. 8. recenset alia ab aliquibus approbata, reprobata vero ab alijs, vt Conc. Pisanum, celebratum anno 1069. Non ergo istiusmodi conuentus conducibiles Ecclesiæ sunt, sed potius pestilentes atque perniciosi.

b Tom. 2. lib. 1. de Concil. cap. 6.

3 Confirmatur 2. testimonio Gregor. Nazian.

Confirmatur secundo ex eo, quod Gregor. Nazianz. vocatus à Procopio nomine Imp. ad quoddam Concilium tale responsum præstitit: *Ego si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, vt omnia Episcoporum Concilia fugiam: quoniam nullius Concilij finem lætum, faustumque vidi, nec quod depulsionem malorum potius quã accessum & incrementum habuerit.* Igitur detrimento potius quàm Ecclesiæ commodo congregata videntur Concilia.

c Epist. ad Proc.

4 Secúdo arg. à parte negatiua ex eo, quod per multa sæcula Ecclesia cõcilijs caruit.

Deinde si Concilia sunt necessaria ad Ecclesiæ bonũ, vel sunt necessaria ad simpliciter: vel tantum ad melius & secundum quid: sed ad neutrum necessaria inueniuntur; ergo ad nihil. Minorem quo ad priorem partem probamus ex eo, quod primis 300. annis nascentis Ecclesiæ, Ecclesiã Concilijs caruit, quæ tamẽ nõ proinde perijt, etiã si tunc sæuirent hæreses, schismata, atque corrupti mores: & cõstat seruari posse ad 1600. annos, quod spatio 300. annorum incolume seruatum est, sine Conciliorum subsidio. Quoad secundam vero partem probamus ex eo, quod nihil habere possumus Conciliorum beneficio, quod comparare, & impetrare faciliùs non possumus media Summi Pontificis authoritate: maximè quòd nisi Pontifex ratum habeat Concilium, & id quòd decernit, irritum ipso iure est. Melius ergo, & consultius fuisset, si citra Conciliorum ambages Pontifices definirent, quæ decernenda essent. Et proinde Concilia neque ad simpliciter neq; ad melius esse sunt necessaria.

5 Arg. 3. ad idem quia Spiritus Sanctus Cõcilia non indixit.

Tertiò, si aliquo modo ad Ecclesiæ bonum conducerent Concilia, non dubium est quin Rector, & Moderator Ecclesiæ, vtique diuinus Spiritus illa sub præcepto, aut saltim sub consilio Pontificibus commendata reliquisset, vt relicta inuenimus reliqua omnia apprimè ad Ecclesiæ bonũ conducentia: at nihil tale in Sacra pagina inuenitur, sed potius quasi humanum inuentum asseritur, & promulgatur etiam ab ipsis catholicis: vt videre liquet apud Albertum Pighium. *d* Ergo signum est quod Concilia ad Ecclesiæ bonum cõducibilia non sunt.

d Li. 6. Ecclesiast. hierarchiæ, c. 1.

6 Arg. 4. à parte negatiua ex eo, q. concilia raró cogũtur.

Denique quoniam alias crebriùs celebrari debuissent, vt frequentiùs & vberiùs irrigaretur Ecclesia, & fœcundaretur tanto bono: cùm tamen raró, & non nisi post multa tempora celebrari contingat.

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur de fide pars affirmatiua.

a Conci. Tole. 12
b Concil. Senon.

Magna Cócilio rum vtilitas.

7 Affirmatiua nihilominus pars citra controuersiam est, saltim quiá vt Conc. Tolet. a sub Leone II. refert ex Eringio Rege: *Non dubiũ est, quôd optima Conciliorum adiutoria ruenti mundo subueniant.* Ratio autẽ in aperto est, quoniã (vt habet Conciliũ Senonẽ. b sub Antonino à Prato) *Frequens Conciliorũ celebratio agri Dominici præcipua cultura est, quæ vepres, spinas, & tribulos hæresum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineã Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit.*

c Conc. Mogunt.

Cócilio-rum fructus.

8 His consonant illa Concilij Monguntini, c sub Arnulpho Imp. & Concilij Triburlen. celebrati anno 893. in præfactione vltima: *Congregantur Patres ad resecandum omnem palmitem inutilem, ad extirpandum cuiuslibet hæreseos radicem, ad tollendam schismatis occasionem, ad corrigenda clericorum vitia, ad præcauenda laicorum scandala, breuiter ad reformandos mores, & status non modo clericorum, sed & laicorum.*

d In Epist. liminari ante 3. Concil. Parisien.

e Act. 15.

Conc. Chalc. præfat.

Quid in Concilijs gerẽdum.

Quodnã primũ in Ecclesiæ Cóciliũ.

9 His suffragatur monitum & rescriptum Ludouici & Lotarij Imp. d quod monitum ita habet: *In Concilijs tractandum est de caussis ad religionem Christianã pertinentibus, & quid à Principibus & reliquo populo tenendum, vel dimittendum sit.* Inde diuersa Concilia legitimè congregata cò conuenisse leguntur, vt bono & vtili totius Ecclesiæ consulerent, prout rerum, temporumve necessitas postularet. Vnde primum Ecclesiæ Concilium vtique Concilium Apostolorum congregatum legimus e ad dirimendam quæstionem de obseruatione 10 legalium cum Euangelio, & ideô ad eius normam alia ab alijs Concilia coacta sunt, ad enodandas difficiles erga res fidei quæstiones. Ex quo illud Martiani Imp. conuocantis vniuersos Ecclesiæ Episcopos ad Concil. Calcedonen. *Quia dubitationes quedam circa orthodoxam fidem ortæ sunt, placuit nobis propere sanctũ Concil. fieri, quatenus concordantibus Patribus, & veritate examinata, saluberrima fides sit manifestissima, & de cætero omnis dubitatio auferatur.*

Septem priora Cócilia aduersus hæreses portéto sas coacta.

11 Deinde septẽ priora Ecclesiæ generalia Cõcilia cõgregata sunt, ad extirpationem hæresum; quæ tunc temporis grassabantur. Etenim Concilium primum Nicen. 318. Patrum congregatum est, contra Arrium, vt demolirentur illius hæresim, secundum quam inæqualitatem constituebant erga tres diuinas Personas. Secundum Constantinop. primum, 150. Patrum, contra Macedonium negantem Spiritus sancti diuinitatem. Tertiũ Ephes. secundum, 300. Patrum, contra Nestorium negantem beatissimam Virginem esse matrem Dei. Quartũ Calced. primũ, 300. Patrum, contra Euthicẽ negantẽ in Christo naturam humanam. Quintũ Constant. secundũ, contra multorũ hæreticorum perfidiam, maximê contra Theodorum Mosot, dicentẽ aliud esse Verbum, & aliud Christũ. Sextũ Constantinop. tertiũ, 150. Patrum, contra Macharium Episcopum Antioch. negantem in Christo voluntatem humanam. Septimum Nicen. secundũ, 367. Patrum, contra negantes sacris imaginibus venerationem & cultum.

f Epist. ad Patres Conc. Constan. 5 ex generalibus.

Nota ex Impera. Iustin.

Alia multa ad hæresum confutationem Concilia celebrata.

Inde est illud Iustin. d cognomento Magni, in epistola directa Patribus, qui Constantinopoli cõuenerant ad celebrandum quintum Cóciliũ generale, 12 quæ epistola lecta est in eodem Concilio, *Semper* (ait Imp.) *fuit studium orthodoxis Patribus nostris pro tempore exortas perniciosas hæreses per congregationem religiosissimorum amputare. Quapropter Constantinus, Arrio blasphemante, congregauit Nicea, 318. Patres: sed & Theodosius senior contra Macedonium negantẽ deitatem spiritus* 13 *Sancti congregauit in Regia vrbe 150. Patres. Item Theodosius Iunior contra Nestorium congregauit Ephesinam synodum, & Marcianus Calcedonensem.*

Ad id etiam Patres Concilij I. & II. Bracaren. collectos se cõfitẽtur in sua præfactione. Et plura alia ad id muneris collecta cõcilia lęgimus maximê maximum Conc. Trid. cõtra nouatorũ hæreses. Rursum concilia multa cõgregata inueniuntur gratia extirpãdi schismatis: nã VIII. Cõciliũ generale Cõstantin. celebratũ est anno 575. sub Adria. Papa II. & Basilio III. Imp. ad sedandum

dum schisma inter Photium & Ignatium: vnde Photius depositus est, Ignatius verò restitutus: item aliud celebratum habemus ad idem tempore Cornelij Papæ; & aliud tempore Damasi in quo Visinus de papatu contendens repulsus est. Similiter ad idem alia celebrata inuenimus temporibus Regis Theodorici, quando Simacus & Laurentius de papatu contẽdebant. Et tandem temporibus Sigismundi Imp. vtique anno 1415. Constantiæ Germanorum Concilium aliud generale congregatum est ad sedandum schisma inter Benedictum XIII. Greg. XII. & Ioannem XXIII. de papatu contendentes, & suo schismate Ecclesiam vexantes 40. annorum spatio.

14 Ad vitia extirpanda cõgregata Cõcilia. Item extirpandorum vitiorum & abusorum causa Concilia plurima congregata referuntur, vt illud quod Gregorius VII. Romæ coegit ad anathematizandos simoniacos, & ad interdicendum diuina clericis vxorem habentibus, & ad alia quàm plurima, quæ vt reformationem strictissimam postulabãt, & alia aliunde ad eundem finem collecta, & crebrò colligenda videmus: quia vt Iustin. Imp. dixit ad Petrum Magistrum officiorum, *Sane multos ex eo maxime deprehendimus in peccata fuisse prolapsos, quia non sunt facti synodi sanctissimorum Sacerdotum.* e In nouella cõst. 137. co. la. 10.

15 Ad fugãdos cõmunes hostes cõcilia congregata. Causa insuper debellandi cõmunẽ Ecclesiæ hostem Concilia aliquot coacta sunt: tẽpore enim Vrbani II. Calixti II. & Eugenij III. Concilia congregata deprehenduntur ad debellãdum Sarracenum. Itẽ tẽpore Gregorij III. (in cuius diei celebratione nos ista deprehendit narratio, vtique III. Kal. Decẽbris anno 1613.) Concilium congregatum est ad deponendum Leonem III. Imp. Iconomacum, & tempore Gregorij VII. Concilium aliud ad deponendum Henricum IIII. & tempore Innocentij IIII. aliud ad deponendũ Federicum II.

16 Plures occurrunt causæ cõuocandi ad Conciliũ. Causæ pleræque numerantur ad Conciliorum congregationem, vtiq; causa examinandi vehementem suspitionem de perfidia Rom. Pont. vt Concilium Sinuesanum pro causa Marcellini, & Concilia Rom. in causis Damasi, Sixti III. Simachi & Leonis III. & IIII. ex a. quib⁹ solus Marcellin⁹ noxius inuentus est: quatenus thurificauit idolis: & ideò ipse sibi publicam pœnitentiam indixit, etiam si fidem internam non amiserit, magis quàm Petrus dum ore tenus Christum negauit. Et aliæ, tàm congregatorum, quàm congregandorum, causæ rationabiles, & magni momenti solent assignari; de quibus Cardinal Turrecremata. f f Lib. 1. summe Ecclesie cap. 9. & 10

Inimici Ecclesiæ inuiderunt illi Cõciliorum cœtus. Tandẽ liquet pars hæc affirmatiua quæstionis testimonio desumpto à truculentioribus ipsis inimicis Ecclesiæ. Sanè id testãtibus Eusebio, g & Nicephoro, h *Maximinus Imperator inuidens Ecclesiæ Catholicæ vberrimos, quos in Concilijs prouentus reportabat, sæuissimè interdixit omnes Conuentus sacros: quamuis non proptrea Patres illius temporis abstinere voluerint ab illis, sed tamquam superne acti imminentia pericula negligebant, & Conciliorum celebrationi prout opus erat insudabant.* Sunt ergo Concilia apprimè conducentia bono Ecclesiæ statui, & ita necessaria ei, vt vineæ torcular, exercitui dux, nauigijs nauta, reipublicæ magistratus, ægroto medicus, ignorantibus Doctor, & tandem viatoribus ductor. Quare Concilium Turon. sub Pelagio I. in prœmio dixit. *Ecclesiæ disciplina debet esse suffragium congregatio Sacerdotum.*

g Li. 9. hist. ca. 2
h Lib. 7. cap. 28.
Pelag. I.

24 multa secula incolumis remanere. Secundo, quia Concilia generalia non
sunt necessaria Ecclesiæ propter se ipsam, sed propter causas relatas cap. 2.
huius dubij, sed omnibus illis simpliciter & sufficienter, licèt non ita com-
mode occurritur per Concilia particularia, & per Summorum Pontificum
decreta, vt patet discurrendo per singulas, eo quod Pontifex examinata cau
sa cum Doctoribus particularibus potest sufficienter omnibus prouidere, v-
tique enodando vniuersas fidei quæstiones & controuersias, anathematizan
25 do omnes hæreses, & decernendo quòd arma contra inimicos sumantur, &
moueantur, & vitia & corruptelæ curentur.

Obijcit sibi Belarminus & obiectionem diri mit.

Pōtifex tenetur attendere Doctorum placita.

Quòd si obijcias ei August. dicentem, *b* aliquas fuisse hæreses vtique Arria-
nas, ad quarum extirpationem fuit necessariam colligere Orientis & Occi-
dentis Concilium: respondet necessitatem istam intelligendam esse de ne-
cessitate ad melius & maturius, non autem de necessitate simpliciter. Et eo
dem modo respondet ad quoddam testimonium Leonis epistola ad Martia-
26 num Imp. vbi laudat illum propterea quod synodum generalem à se postu-
latam necessariam iudicat.

b Lib. 4. contra secundam epist. Pelag. c. 12.

Remotis Cōcilijs mores corrumperētur.

Secūdā partem probat ex eo, quôd Pontifex in controuersijs fidei diiudi-
candis non debet, aut suo solo iudicio fidere, aut expectare diuinam reuela-
tionem, sed adhibere diligentiam quantum res postulat, vtique consulendo
viros doctos, & simul cum illis causām examinando: hoc autem idē est, quod
27 cogere saltem particulare Concilium.

Sententia authoris quatuor probationibus pro prima parte munita.

Secundò, ex eo quod vt habet Concilium Tolent. XI. in præfatione, *c Si Concilia desint, necesse est vt omnia vitijs & erroribus repleantur.*

c Conc. Tol. XI.

Mihi tamen compendij gratia aliter distinguendum videtur: vtique inter
Ecclesiā prout sic, & inter cōmodū Ecclesiæ statū. Item inter Concilia prout
sic, abstrahēdo ab vniuersalibus & particularibus, ab ijs & illis in indiuiduo:
& inter Cōcilia generalia prout sic, & particularia prout sic. His suppositis.

Dico primò, Concilia prout sic non sunt necessaria simpliciter ad Eccle-
siam prout sic.

Hæc assertio prouatur primò ex eo, quôd Ecclesia simpliciter dicta vi-
28 guit in statu Innocentiæ, & in statu legis scriptæ, vt patet ex tractatu de
de Ecclesia. constat autem quod tunc temporis nulla celebrabantur Cōcilia.

Potest Romanus Pontifex per se ipsū & per priuatos Doctores scripturæ profūda euoluere.

Secūdo patet ex eo, quod Ecclesia noui Testamēti multo diuturnior est cele
bratione antiquioris Concilij: longe enim prius fuit Ecclesia, quā Concilia.

Tertio ex eo, quôd Ecclesia verè saluatur in congregatione fidelium sub
vno Vicario Christi: at congregatio fidelium non requirit tamquā aliquid
necessarium Concilij celebrationem: igitur neque Ecclesia simpliciter di-
cta ad sui conseruationem petit Concilia.

Denique, quoniam si propter aliquid Ecclesia simpliciter dicta Concilia re
quireret, maximè quia Pontifex tenetur adhibere tantam diligentiam, quan
tam res postulat ad enodandas quæstiones & controuersias fidei: & proinde
tenetur consulere viros doctos, atque adeô congregare illos, sed citra om-
nem Concilij celebrationem potest Pontifex maturè consulere rebus fi-
29 dei, vtique euoluendo, & enodando volumina sacra Apostolicasque traditio
nes atque illarum expositores, & sigillatim, & singulariter examinando hunc
& illum peritissimos viros: igitur ad conseruationem Ecclesiæ vt sic, non est
simpliciter opus Conciliorum adiutorio.

Ad quid Concilia sint simpliciter necessaria.

Dico secundô, ad bonum & conuenientem Ecclesiæ statum simpliciter
sunt necessaria Concilia prout Concilia, hoc est, Concilia vt sic, abstra-
hēdo ab vniuersalibus & particularibus, ijs, vel illis numero & in indiuiduo.

30 Probatur primo ex modò adductis pro 1. parte sentētiæ Bellar. Secūdo ex eô
quod ex Isidoro *d* inducit Gratian' noster, *e* scilicet christianitatē in diuersas
hæreses fusam fuisse vsq; ad Constan. tempora, quia Episcopis non licebat in
vnum conuenire. Vnde Conc. Later. sub Iulio II. *f Illud Ioā 16. Iterū modicum & videbitis me, nihil aliud sibi vult nisi quod sācti Spiritus lux, quæ synodis omissis extinguitur, tāquā excussus à silice nouus ignis, iterū accenditur, & recuperatur in synodis.*

Cur priscis temporibus Ecclesia multis vexata hæresibus.

d 10. etym. c. 26.
e d. 15. cap. Canones.
f Oratione 1. sy-

31 Tertiò, ex eo quod supra cap. 2. ex Iustin. g retulimus, videlicet, multos eo maximè in peccatis deprehensos fuisse, quòd non sint factæ synodi sanctissimorum Sacerdotum.

g Iustin. Imp. vbi sup. in nouella, cò stitut. 137. collat. 10.

Vt medicus ægroto sic Cōcilia Ecclesiæ erroribus infestatæ

Quartò ex eo quòd ad calcem 2. capitis ex præcedentibus intuli, *Ita sunt Concilia necessaria Ecclesiæ pro bono statu illius, vt ægrotantibus medicus, ignorantibus Doctor, nauigijs ductor, reipublicæque magistratus.* Nec valet effugium de 300. annis, quibus Ecclesia viguit sine Concilijs: nam tunc Ecclesia non prorsus conuenienter vigebat, siquidem vt nuper ex Isidoro retulimus, ob defectum Conciliorum Christianitas erat diuisa in varias hæreses.

Sup. cap. 2. ad finē

32 Dico tertio Concilia omnia legitima, tàm generalia, quàm particularia, tàm hæc numero, quàm illa multum conducibilia sunt ad bonum Ecclesiæ statum, & proinde ad melius.

Multum refert Cōciliorum cœtus ad Ecclesiæ bonum.

Patet primo ex eo quòd quodlibet Conciliū legitimū efficacissimum est ad faciliorem enodationem, & elucidationem veritatis latentis, *Quod enim à multis sapientibus quæritur* (ait Innocētius h) *facilius inuenitur.* Vnde notauit Isidorus, i à communi intentione dictū esse, quasi cōmune ciliū, nā cilia oculorū sunt: quare Concilia legitima idem sunt quod multorum defæcatorum oculorum in eundem scopum contuitus.

h C. de quibus d. 20

i Vbi sup.

33 Ly Concilij etymon notandum iuxta Isidor.

Secundo probatur ex eo quòd ad firmiorem elucidationem veritatis apprimè conducibilis est plurimorum sapientium concursus: quia tanto firmiùs, & efficaciùs est iudicium aliquod, quantò plurium confertur, & approbatur à sensu. Vnde dicit Innocentius, k *Integrum iudicium est, quod plurimorum sententijs confertur.*

K 64. c. circa cōs.

34 Nec valet quod Summus Pontifex in diffinitionibus fidei teneatur consulere viros doctos: quoniam ex hoc tātū sequitur congregationes Conciliorū non esse necessarias ad simpliciter, sed tantū ad melius; 1 quidē (vt superius dixi dicto primo, probatione quarta) absque Conciliorum celebratione potest Pontifex sufficienter instrui circa res fidei definiendas. Conuincitur tamen Concilia omnia legitima esse necessaria ad melius, saltem quia vt Concil. Cōstantin. 2. obseruauit, l *Licet Spiritus sancti gratia circa omnes Apostolos abūdaret, & non indigerent alieno consilio ad ea, quæ agenda erant: non tamen voluerunt de eo quod mouebatur, si oportet gentes circumcidi? diffiniri prius quàm communiter congregati diuinarum scripturarum testimonijs vnusquisque sua dicta confirmaret: sed & sancti Patres, qui per tempora in sacris Concilijs conuenerunt, antiquis exemplis vtentes, communiter de exortis hæresibus & quæstionibus disposuerunt, certo constituto, quod in omnibus disputationibus discutiebatur.*

Quale iudiciū integrum.

l Collat. 8.

35 Nō semper opus habēt Pōtifices cōciliorum celebratione ad definiendū licēt sēper sint frugi.

Dico quarto aliquando generalia Concilia, aliquando particularia simpliciter necessaria sunt ad statum conuenientem Ecclesiæ:

36 Priorem partem probo in primis testimonio citato in 2. dicto ex Isidoro, qui (vt Bellarm. m notauit) loquutus est de Concilijs generalibus, quoniam ante tempora Constantini Ecclesia non caruit Concilijs particularibus.

m Vbi sup.

Aliquando Concilia sunt simpliciter necessaria ad statū Ecclesiæ cōuenientē

Deinde ex eo quod Concilium Constant. celebratum anno 1417. 6. die Octobris constituit n *Frequens generalium Conciliorum congregatio agri Dominici* (ait Concilium) *cultura est præcipua: vepresque, spinas & tribulos hæresum, & errorum schismata extirpat, excessus corrigit: illorum verò neglectus prædicta disseminat, atque fouet.* Cum ergo præcipua cultura Ecclesiæ aliquando necessaria sit; cōsequens est quòd si hæc consistit in Concilijs generalibus, quòd Concilia generalia aliquandò necessaria sint necessitate absoluta: Item si neglectus; & intermissio Conciliorum generalium disseminat, & fouet excessus, schismata, errores, & hæreses, quæ Conciliorum celebratio extirpat & exterminat, consequens est, vt aliquando Concilia huiusmodi sint necessaria simpliciter ad statum conuenientem Ecclesiæ, vt est illi necessaria ad hoc errorum & hæresum extirpatio. 37

n Conc. Const. sess. 6.

Conc. sunt cultura Ecclesiæ ad uertus fondes.

Tertio ex Conci. Later. generali sub Iulio 2. quod sic habet, o *Paulus Apostolorum*

o Orat. 1. synodali.

stolorum decus, cum salutis caput ostenderet: Absque fide (inquit Hebr. 11.) Deo placere nullo modo possumus, atque sine synodis stare non potest fides. Absque synodis igitur salui esse non possumus Vt autem id experimento comprobet inducit tres illos hæresum gigantes, Arrium, Sabellium, & Photinum, qui gloriæ cupiditate, & rerum nouarum studio illecti, môtes loco mouere ausi sunt; vt viam sibi facerêt ad cœlum oppugnandum; rescindendumque. Et erant iam voti compotes. Nam quæ ipsi Phylosophia persuadebant, armis ea recipi (verba sunt Concilij) Principes imperabant. *Quid faceret* (subijcit Conc.) *diuina sponsa tam peritura? Nulla effugiendi via inuenta est; nisi Nicæna Synodus, vbi è cœlo sese ostendens Deus. Modicæ* (inquit Mat. 14.) *fidei quare dubitasti? Ac statim diuinis fulminibus & fidei montes restituit, & giganium temeritatem disiecit. Vbi erepta puella?* (Ecclesia scilicet) *Experimento didicit; cùm quicquam sibi aduersi imminere videat, nullũ omnino præsidium ad se vel tuendam firmius, vel liberandum accommodatius, vel vindicandam efficaciùs habere, quam synodum: quam, vt nullæ aquæ, Ecclesiæ charitatem extinguit.*

Præter prouinciália cõcilia opus est aliquando generalibus.

38 Quartò probatur ex eo quòd August. p ait antiquos patres fluctuasse in fide quancumcumque in suis prouincijs Concilia agitabãt quousque totius orbis Concilio firmarentur.

p *De Bapt. contra Donatistas.*

Denique, quia licet ad multorum malorum leuamen, & conuenientissimum remedium vnius Summi Pontificis summa auctoritas valeat, tamen ad radicitus extirpendam hæresim toto orbe diffusam, & radicatam necessarius est totius orbis conuentus, hoc est, ex toto orbe confluxus. Hac enim ratione August. q dixit Arrianorum causam eguisse Concilio generali, nõ autem Pelagianorũ, quia hæresi Pelagianorũ maturè prouisum est: Arrianorũ autem non sic; & ideò eguit vehementiori expulsa: quia mala per longas conualuere moras, quod etiam Bellar. notauit.

q *L. 4. contra duas epist. Pell. cap. 12.*

Diuturnum in Ecclesia schisma.

39 Idem omninò dicẽdum est in casu, quo Ecclesia vniuersalis schismate aliquo vexaretur, vt planè vexatam legimus 40. annorum spatio schimate illo Benedicti 13. Greg. 12. & Ioann. 13. ad cuius compresionem Concilium generale congregatum est Cõstantiæ Germanorum, quia per se loquendo, & ex natura rei nullius Concilij particularis authoritas sufficeret ad tam diuturnam seditionem sedandam.

Mirus cuiusdã Romani Concilij euentus.

40 Adde quod tempore Siluestri Pont. Romæ ex composito conuenit conuentus multorum Episcopornm, vt cum Iudæis de lege noua, & veteri disputarent: quæ disputatio adeò fœliciter cessit in nouæ legis encomium, vt illicò Helena Augusta cum tribus millibus Iudæorum ad fidem Christi conuersa, & baptismum suscepta fuerit: vt refert Turrecremata. r Quid ergo mirum si ad huiusmodi lucrum; & sub eadem specie lucri iudicetur hic, & nunc necessarium simpliciter Conc. aliquod generale.

r *3. p. summæ, c. 9. ratione 4.*

Res. arg. Belarm. de quibus à nu. 23. vsq; ad 26.

41 *Ex* ijs patet ad Bellar. obiecta. Prima enim ratio pro priori parte tantum probat priorẽ nostram assertionẽ, non tamen lædit reliquas. Secunda supponit falsum in minori; vt patet in quarto dicto: Item prima ratio secundi dicti soluta manet ex quarta probatione prioris nostræ assertionis. Secunda probat secundam, & quartam assertionem.

Secundam autem partem huius quarti dubij breuiter ostendo ex eo quòd faciliùs in vnam diœcesim, quàm in totũ orbẽ quodlibet malũ serpit, cuius exterminatio diœcesanum petit, & non generale Concilium.

(55.)

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Respondetur tertio argumento 1. capitis, & ostenditur origo sacrorum Conciliorum.

a Vbi supra.

42 TERTIVM Argumẽtu mittit nos in disquisitionẽ originis Ecclesiasticorum Conciliorum. Circa quod Albertus Pighius *a* in eodem argumento citatus, existimat, antiquum quidem, nihilominus non tàm diuinæ, quàm humanæ institutionis inuentum esse. Probatque ex eo, quòd recta ratio dictat, euidenterq; demonstrat res dubias à pluribus iisque prudentibus, vsuque peritis in communi consultãtibus discuti, tractariq; deberi: quod enim vni non succurrit, alter suggerit: & (quod dici solet) plus vident oculi, quàm oculus. Arg. Cõcil. Ecclesiæ humanum fuisse inuentum.

Confirmat ex eo, quòd si omnes ab initio cõuentus hominũ, ciuilesque societates mente percurrimus, palam inueniemus negotiorum publicorum consultationẽ fuisse penes multos ingenio, vsuque rerum præstãtes: idquè natura duce & magistra. Cũ ergo Ecclesiæ Concilia ad id muneris destinata sint, consequens est, vt id tali natura monstrante cœperint congregari conuentus.

b To. 3. Quadragesimæ, fo. 6. post Dominicã in Passione, §. 1.

Hijs adiungere possumus id, quod nos abundè induximus *b* alicubi de rectitudinine, & necessitate congregandi Concilia apud vniuersas mundi nationes.

c Lib. 1. Concil. cap. 3.

d Matth. vers. 12. 13.

43 Nihilominus Bellar. *c* probabiliùs reputat oppositum, vtique originem Conciliorum non esse humanam, sed diuinam. Probatque in primis ex eo, quod Concilium Calcedonen. in epistola ad Leonem, & VI. Synod. act. 17. & Cælestinus Papa in epist. ad Concil. Ephes. & Concilium Tolet. III. non procul ab initio docent, Concilia esse demonstrata à Christo in illis verbis: *d* *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ego sum.* Deinde ex eo, quòd credibile est Apostolos, qui Spiritu Sancto erant pleni, non nisi ipso diuino Spiritu motos Concilia congregasse, quare in decisionibus dixerunt: *Visum est Spiritui Sancto, & nobis.* Vnde cum Concilia Ecclesiæ ab huiusmodi Concilijs initium traxerint, consequens est, diuinam, non verò humanã originem habuisse. Tertiò, quia Conciliorum celebratio ab Apostolica traditione descendit, sed Apostolorum traditiones non sunt humana inuenta, sed potius diuina oracula. Ergo. Denique, quia si propter aliquid Concilia Ecclesiæ reducenda essent in humanam originem, maximè propter rationem Alberti, videlicet, quòd ratio naturalis mõstrat, quòd in rebus dubijs peritissimi cõsulãtur: at Concilia sacra non constant ex quibuscumq; peritis, sed ex Episcopis & Prælatis: ergo signum est, quòd congregatio illorum non est iuxta naturale dictamen, sed potius iuxta diuinum, cuius est monere, vt hi potius, quã alij ad Concilia vocentur. Arg. Cõciliorum originẽ planè diuinam.

44 Sed dissidiũ hoc inter hos duos egregiè doctos viros facillimè concordiã admittit, præmissa distinctione Conciliorum prout sic, & Conciliorum legitimorum Ecclesiæ. Etenim loquendo de Concilijs prout sic, omnimodam veritatem obtinet sententia Alberti. Tûm propter rationes illius. Tûm etiam, quia nihil habent hoc modo considerata, quod transcendat limites naturalis facultatis. Quare natura monstrante semper vbique terrarum agitata sunt, tàm ab Ethnicis & Paganis, quàm etiam à Christianis, hæreticis & Catholicis. Loquendo autem de Concilijs legitimis Ecclesiæ, omnino vera inuenitur sentẽtiã Bellar. Tũ propter rationes illius. Tũ quia Cõcilia hoc modo cõsiderata important plura, quæ naturalem facultatem transcendũt, vtiq; priuilegium, facultatẽ, & authoritatem examinandi, & definiendi ipsasmet res fidei atq; religionis Christianæ: & taliter examinare, vt Cõciliorũ iudicia neq; falsa, Conciliatur prędictæ sententiæ.

falsa, nec fallacia esse possint, & alia huiusmodi, de quibus in partibus sequentibus huius tractatus.

Concilia olim inumbrata.

45 Hinc est quod tanquam diuina Oracula in antiquo fœdere Concilia Ecclesiæ præfigurata sunt, & in nouo testamento sæpè exequutioni mādata: Etenim e viri illi proceres, qui tempore Concilij per nomina vocabantur Concilia Ecclesiæ præsignabant, vt notauit Turrecremata. f e *Numer.* 16. 2. f *Lib.* 3. *summæ, cap.* 2.

Deinde g vatizinatum habemus: *Illuc* (scilicet in Hierusalem) *congregati sunt milui alter ad alterum*: Seu vt habēt Septuaginta: *Illuc ceruæ occurrerūt*. Quæ verba retulit Cyrillus Hierosolymitanus ad Apostolos, qui pluries Hierosolymis congregati Concilia agitarunt, vtique h ad subrogandum Apostolum loco proditoris Iudæ. Deinde i ad eligendos Diaconos pro ministerij quotidiani prudenti administratione, vel k admittendum Apostolos, quibus visibiliter Samaria Spiritum Sanctum perciperet l ad definiendum legalia cum Euangelio seruari non debere, m super Ecclesiæ regimen. Denique ad conficiendum fidei symbolum, de quo nos supra n multa cum Clemente Pontifice, Amb. & alijs. g *Esai.* 34. *num.* 16. h *Act.* 1. i *Act.* 6. k *Act.* 3. *vers.* 8. l *Act.* 9. *vers.* 15. m *Act.* 5. *ver.* 20. n *Sup. art.* 9. *c.* 5.

Conciliorū origo partim humana partim diuina videtur.

46 Hæc pro concordia controuersiæ dicta sunt; quibus addere possumus Conciliorum Ecclesiasticorum originem partim esse per se humanam, partim vero diuinam: non secus, atq; veritas huius propositionis, *Deus est*: etenim qua Deus est author naturæ talis veritas est naturalis: qua verò est author gratiæ, talis veritas est supernaturalis: & sicut veritas ista naturaliter & supernaturaliter de facto prolata est, ita & Conciliorum origo.

CAPVT SEXTVM.

Respondetur quarto argumento primi capitis, & ostenditur quando debeant Concilia celebrari.

Bis in anno Cōcil. celebrāda olim.

47 QVartum argumentum petit tempus celebrandi Cōcilia. Ad quod breuiter dicendum est, quòd ex decreto Concilij Apostolici bis in anno Concilia celebranda sunt. Hoc enim Concilium constituit can. 34. cui subscripserunt pleraque alia vtique Phegien. cap. 7. Nicæn. I. can. 5. African. I. can. 4. Cartagin. V. can. 7. & Calcedonen. generale IIII. act. 15. can. 19. Alia vero Concilia cōstituerunt semel in anno Concilia celebrari: videlicet, Concilium Aurelanien. II. sub Vigilio primo can. 22. & Aurelanien. III. cap. 1. Africanum IIII. ca. 37. Tolet. III. c. 18. Turonen. II. cap. 1. quibus suffragantur Hormisda a I. & Greg. b epist. ad Episcop. Lugdun. a *Epist. ad Episcopos Hispaniæ, cap.* 3. b *Epist. ad Episcopum Lugdunens.*

Conciliorū celebratio semel intra triennium.

48 Alia verò, vt anniuersarium pondus istud temperarent, statuerunt celebrationem Conciliorum semel intra triennium, vt Concilium Trid. c & Cōcilium Lateranen. sub Leone X. Quod si adhuc inuiolabiliter mitigatio ista nō obseruatur, in causa erit, quòd causæ cogendorum Conciliorum non supetunt, aut saltem non vrgent, & ideò sine discrimine bonæ gubernationis possunt crelebrationes Conciliorum differri: quia Concilia non propter seipsa, sed propter occurrentes necessitates & causas inducta sunt. c *Ses.* 24.

Sunt ergo apprimè necessaria Concilia ad Ecclesiæ bonum & commodū, sed pro temporum, rationumque varietate.

Et hæc de prima parte huius tractatus.

DVBIVM

Hæc est secunda pars huius voluminis, quæ agit de causa efficienti Conciliorum.

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrùm ad solum Summum Pontificem pertineat Concilia congregare.

SVMMARIVM.

1 *Arg. 1. à parte negatiua quæstionis.*

2 *Arg. 2. ad idem.*

3 *Arg. 3. ad idem.*

4 *Occurritur 3. arg. sed occursus occluditur.*

5 *Arg. pro parte negatiua.*

6 *Quatuor sunt genera Conciliorum.*

7 *Diuersæ diffinitiones diuersorum genere* Conciliorum.

8 *Penes solos* Ecclesiæ *Principes est potestas Concilia congregandi.*

9 *Solius Romani Præsulis est generalia* Concilia congregare.

10 *Sola Romanæ sedis authoritas valet ad cogenda* Concilia.

11 *Damnantur Concilia sine Pontificis authoritate collecta.*

12 *Cur ad solum Romanum Pontificē spectet Conciliorum congregatio.*

13 *A quibus congreganda* Concilia *nationalia, prouincialia, & diœcesana.*

14 *Romanus Pontifex Ecclesiæ Præsul.*

15 *Respondetur 1. arg. 1. capitis quo iure* Apostoli *collegerunt concilia.*

16 *Petri authoritate Apostolorum congregata* Concilia.

17 *Arg. ad Imperatorem pertinere conuocare* Concilia.

18 *Occurritur arg. sed occursus occluditur.*

19 *Iterum arg. occurritur, & iterum occursus occluditur.*

20 *Cōfirmatur arg. quòd ad Imperatorē spectet Conciliorum congregatio.*

21 2. *Arg. ad idem.*

22 *3. arg. ad idem.*

23 *Confirmatur 1. arg.*

24 *Confirmatur 2. arg.*

25 *Ostenditur 1. ad Imperatorem non pertinere* Conciliorum *congregatio.*

26 *Cur seculares* Concilia *non congregent.*

27 *Nullum fuit ratum* Concilium *absq;* Romani *Præsulis authoritate.*

28 *Ipsi Imperatores agnoscunt non pertinere ad eos* Concilia *cōgregare.*

29 *Quomodo aliqua coacta* Cōcilia *per Imperatores.*

30 *Rogando non* Imperando *Imperatores* Concilia *congregarunt.*

31 *Imperatores non mandabant, sed demandabant* Concilia.

32 *Cur aliquando Romani* Pontifices *lacrymis ab Imperatoribus Concilia extorquebant.*

33 Potestas *secularis instituta pro auxilio potestatis specialis.*

34 *Constantinus Magnus humiliorem in Niceno Concilio locum occupauit.*

35 *Aliquando locus medius locus infimus.*

36 *In* Calced. Concilio Imperator *nō præfuit.*

37 *Quo iure dicantur Imperatores præsidere* Concilijs.


38 *Liberius* Pont. *falsò pro contraria parte citatus.*

39 AEgrè *admodum Concilia genera-*

lis coguntur.
41 Authores & argumenta, quod aliquando sine Rom. Præsule possit Concilium congregari.
42 Sententia authoris bimembris.
42 Non satis est ad legitimationem Concilij iure congregari.
43 Non satis est Concilium illegitimũ esse, vt conciliabulum sit, vel conuenticulum.
44 Alia sunt Concilia generalia simpliciter, alia vero secundum quid.
45 Omnia Concilia generalia simplici authoritate Romani Pontificis semper collecta sunt, & colligenda.

CAPVT PRIMVM.

Argumenta partis negatiuæ.



A Parte negatiua huius dubij valida, breuissima tamen argumenta sunt, quæ sequenti ordine proponentur, vt melius expendantur.

Arg. 1. à parte negatiua quæstionis. 1 In primis enim *a* legitur duodecim Apostolos vocasse multitudinem discipulorum ad Concilium: ergo non erat solius Petri conuocari illud: & proinde, nec solius Sũmi Pontificis: quoniam alias reliqui Apostoli misissent falcem in alienam messem. *a Act. 6.*

Arg. 2. ad idem. 2 Deinde multa generalia Concilia congregata referuntur iussu Imperatorum, videlicet, Nicæn. I. iussu Constantini Magni, Constantin. I. iussu Theodosij Senioris, Ephes. iussu Theodosij Iunioris, & Calcedonen. I. iussu Martiani, iuxta dicta dub. præcedenti, cap. 2. prope medium, & iuxta quæ Gratianus *b* noster refert, & iuxta, quæ habet Isidorus. *c* Sed de hoc non reprehenduntur prædicti Imperatores tanquam alienæ authoritatis vsurpatores, sed potius vt religiosissimi commendantur, vt patet ex dictis vbi suprà. Ergo non est solius Summi Pontificis Concilia congregare. *b Dist. 6. c. sexta.* *c L. 6. ety. c. 16.*

Arg. 3. ad idem. 3 Tertiò in casu, quo Pontifex nollet, aut non posset congregare Concilia apprimè necessaria Ecclesiæ, vtique, vel quia esset mente procax, vel quia hæreticus, aut schismaticus, vel quia apud alienos teneretur captiuus; aut quia ingruente morbo redderetur insanus, vel Papatui renunciasset, tunc temporis non est dubium, quin penes alios maneret potestas congregandi Cõcilia; ni velimus dicere, Deum Ecclesiæ suæ sufficienter non prouidisse in necessarijs, quòd tamen nefarium est. Ergo non solùm Pontifici, sed alijs datum est posse congregare Concilia.

Occurritur tertio arg. sed occursus occluditur. 4 Nec valet dicere, id tantùm esse in casu necessitatis. Non inquam valet: nam extra illam nec Summus Pontifex rationabiliter potest Concilia congregare, magis quàm medicus medicaméta applicare, vbi morbus non vrget.

4. Arg. pro parte negatiua. 5 Denique Concilia particularia absque Summi Pontificis authoritate cogi consueuerunt, vt patet ex August. *d* epistola ad Victorinum, & ex communi, tàm Theologorum, quàm etiam hæreticorum sententia. Concilia etiam gẽneralia conuocari consueuerunt Archiepiscopali authoritate, vt patet in Cõcilio Toletano; *e* quod authoritate Maugonij Emeritani congregatum est: & quod sub nomine generalis Concilij, ita dixit can. 8. *Præcepit hæc sancta & vniuersalis Synodus.* Ergo alijs à Pontifice conuenit quæcumq; Concilia congregare. *d Epist. 127. ad Vict.* *e Concil. Tol. 3. can. 8.*

CAPVT SECVNDVM.

Notabilia pro dubij decisione.

6 PRO Solutione notandum est primò. Quatuor esse genera Cõciliorum: quædam enim sunt generalia, quædam nationalia, quædam prouincialia, & quædam diœcesana, vt videre liquet apud August. *a* & apud Côciliũ Tolet. *b* Generalia dicũtur ea, ad quæ omnes Christiani orbis antistites legitima authoritate vocãtur vt habet Glossa Decreti. *c* Inde huiusmodi Côcilia dicũtur œcumenica, id est, totius orbis, qualia fuere Côciliũ Nicænũ, & reliqua in 2. argumẽto capitis præcedentis relata. Nationalia dicuntur ea, ad quæ legitimè vocãtur Archiepiscopi, vel Episcopi vnius nationis, quibus præest aliquis Patriarcha, vel Primas, qualia sunt multa Concilia Romana, Toletana, & Africana. Prouincialia dicuntur ea, ad quæ vocantur Episcopi vnius Prouinciæ, quibus præest Archiepiscopus, vel Metropolitanus: quæ etiam Concilia interdum appellantur localia, vt patet ex sexta Synodo generali actione octaua. Concilia denique diœcesana sunt illa ad quæ vocantur Presbyteri vnius Episcopatus, & quibus præsunt Episcopi; quæ communi vocabulo appellantur Synodi apud nos. 7

Quatuor sunt genera Conciliorũ.

Diuersæ definitiones diuersorũ genere Cõciliorũ.

a 2. De Bapt. contra Don. cap. 3.
b Concil. Tolet. 4. cap. 25.
c In cap. 1. d. 27.

Deinde notandum est ex Augustino, citato in vltimo argumento primi capitis, & ex communi vniuersorum sententia, Concilia diœcesana ab Episcopo, Prouincialia ab Archiepiscopo, Nationalia à Patriarcha vel Primate cogi & vocari debere. Vnde tantum examinandum superest, an solùm Summi Supremique Pontificis sit generalia conuocare Concilia?

CAPVT TERTIVM.

Dubij resolutio per duas conclusiones.

Prima conclusio.

8 ORdinaria potestas congregandi Concilia generalia penes vnũ aliquem Ecclesiæ Principem residere debet.

Hæc conclusio probatur primò sic. Congregatio aliorum Cõciliorum pertinet ad vnum aliquem Ecclesiæ Principem, vt patet ex secundo notabili, cap. 2. ergo etiam congregatio istorum; siquidem Cõcilia ista, non sunt minoris momenti, sed potius excellentioris quàm illa.

Penes solos Ecclesiæ Principes est potestas Concilia congregandi.

Rursum probatur sic. Congregatio Conciliorum est apprimè necessaria Ecclesiæ, vt patet ex dubio præcedenti, cap. 2. ergo etiam est illi necessaria conueniens facultas ad hoc, vt conuenienter talis congregatio fiat, sed si potestas hæc penes vnum aliquem in primis non resideret, sed penes duos, vel plures, tunc talis congregatio conuenienter fieri non posset: quia sæpè quod vni placet, alteri displicet: propter quod abhorruit natura in vno corpore duo capita. Et iterum, nisi potestas hæc penes vnum aliquem Principem resideret, nó esset sufficientis authoritatis ad generalia congregandi Concilia: quia vbi non est authoritas cogendi & impellendi vocatos, non potest esse certa congregatio illorum. Igitur vt Conciliorum generalium congregatio conueniẽter fiat, necessarium est, vt penes vnum aliquem Ecclesiæ Principem vigeat authoritas congregandi.

Secunda conclusio.

9 PRinceps iste Ecclesiæ, penes quẽ residet ordinaria potestas cõgregandi Cõcilia, est Summus Ecclesiæ Pastor, vtique Romanus Pontifex priuatiuè & in solidum.

Solius Romani Præsulis est generalia Cõcilia congregare.

Hæc

Hæc conclusio est de fide; & probatur primò ex ipsorum Pontificum decretis. Sanctè Marcellus Papa *a* & Iulius I. *b* Pelagius II. *c* Damasus, *d* Symmachus Papa cum Synodo Rom. 3. & 4. & alij numero multi relati â *Bellar.* *e* id expressè constituerunt. Ex quibus omnibus verba Iulij Papæ, *f* quæ sunt pro causa Athanasij subijciam, quæ ita habent: *Ipsi primæ Sedi Ecclesiæ conuocandorum generalium Conciliorum iura, & iudicia Episcoporum singulari priuilegio Euangelicis, & Apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis.*

Sola Romanæ Sedis authoritas valet ad cogenda Concil.

10 Deinde probatur ex Concilijs rem istam sæpissimè contestantibus. Etenim, vt refert Marcellus Papa *g* in decretis suis ipsi Apostoli, & eorum successores Domino inspirante constituerunt, vt nulla fieret Synodus præter Romanæ Sedis authoritatem. Concilium præterea Nicæn. *h* idipsum stabiliuit, vt testatur Synodus Alexandrina, *i* & Leo I. *k* & alibi. Vnde licet huiusmodi canon non extet inter eos qui communiter Concilij Nicæni nomine circumferuntur, non propterea alienus, aut intrusus existimandus est. Sed potius certo sciendum plures esse quàm viginti canones Concilij Nicæni. Insuper Concilium quartum Calced. *l* id expressè approbauit, vbi legitur, Dioscorum Alexandrinum Antistitem damnatum, & extra Concilium missum à Vicarijs Sedis Apostolicæ ibidem consistentibus, eo quod (ait Conciliū) Synodum ausus est facere sine authoritate Sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquā factū. Similiter Concil. Nicæn. *m* secundum sub Adriano II. Sexta Synodus generalis act. 6. Octaua Synodus act. 1. & septima. Et deniq; Concilium Romanum sub Damaso eandem constitutionem ediderunt.

Damnātur Cōc. sine Pontificis authoritate collecta.

11 Tertiò probatur ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ reprobantis vniuersa Concilia tanquam conuenticula, & conciliabula, quæ citra Romani Pontificis authoritatem congregata sunt. Videlicet Concilium Ariminen. 50. Episcoporum, anno 363. quod Damasus & Gellasius reprobarunt, eo quod iussu Constantij Imper. congregatum fuerat: vt videre est apud Nicephorum. *n* Et idem est de alijs Concilijs generalibus eadem aut simili authoritate collectis, vtique Antioch. 345. Episcoporum, anno 5. Constantij collectum. Mediolanense, 300. Episcoporum, anno 356. & Constant. sub Leone Isauro, anno 750. cui præfuit Photius; de quo in septima Synodo generali. *o* Concilium deniq; Pisanum reprobatum, & anathemate percusum à Iulio II. quia collectum, & congregatum fuerat præter Romani Pontificis sententiam, etiamsi congregatum fuisset sub prætextu, quod ipse Iulius II. nuper electus iurauit se congregaturum Concilium generale pro pace, & reformatione Ecclesiæ; & tamen requisitus vt prædictum iusiurandum seruaret, ipse tamen non satis annuebat, sed in aliud, & aliud tempus differebat promissum. Videatur Concilium Lateranen. *p*

Cur ad solū Romanum Pōt. spectet Conciliorum congregatio.

12 Quartò probatur ratione, Concilium generale congregari non potest nisi ab Ecclesiastico Principe habente authoritatem, & iurisdictionem supra vniuersos Episcopos congregandos, hoc est, supra vniuersos Episcopos totius orbis, iuxta prædicta conclusione prima, & capite præcedenti in definitione Concilij generalis. Sed nullus præter Romanum Pontificem gaudet, aut gaudere potest tam ampla authoritate: ergo præter illum nullus potest Conciliū generale congregare.

A quibus congregāda Cōcilia nationalia, prouincialia, & diœcesana.

13 Confirmatur ex eo, quod propter huiusmodi rationem Concilia nationalia non possunt congregari, nisi tantum à Patriarcha vel Primate, quia isti tantum habent authoritatem supra vniuersos Episcopos illius nationis. Concilia item Prouincialia congregari non possunt nisi à Metropolitano Archiepiscopo: & diœcesana nisi tantum ab Episcopo. Quia penes istos solum residet authoritas circa congregandos ad istiusmodi Concilia. Ergo pari ratione cum in solo Romano Pontifice vigeat authoritas circa vniuersos Episcopos Ecclesiæ, consequens est, vt ad illum tantùm spectet vniuersorum Episcoporum conuocatio: & proinde generaliū Conciliorum collectio, maximè quoniam huiusmodi conuocatio actus legitimæ iurisdictionis est.

Deniq;

a Epist. 1. ad Episcopos Anthioch. & epist. ad Maxentium relata cap. 1. d. 17.
b Epist. 1. ad Episcop. Orientales, relata in c. regula, eadē dist. & cap. dudum, 2. 3. q. 6.
c Epist. 1. relata c. multis. d. 17.
d Epist. 3. ad Stephanu, relata illi cap. huic.
e Lib. 1. c. de Concilijs, cap. 22.
f Iul. Pap. pro causa Athanasij.
g In Decr. c. 5. & epist. ad Episcop. Anthio. prouin.
h Conc. Nicæn. c
i Epist. ad Fel. 1.
k Epist. ad Theo. Imper.
l Conc. 4. Calc. act. 6.
m Cōc. Nicæn. 2. Sexta Syn. act. 1. 17. Conc. Rom. sub Damas.
n Lib. 11. c. 31.
o 6. Syn. generalis, act. 6.
p Sub Iulio II. & Leo X. sess. 2.

D. Thom. 2.2. q. 1. art. 10. & de pot. art. 4. ad 1.

12 Denique Romanus Pontifex est vniuersalis Pastor Ecclesiæ, vt nunc suppono tanquam de fide ex dicendis in tractatu quinto: ergo ad ipsum spectat vniuersalis Ecclesiæ gubernatio, & proinde congregatio generalium Conciliorum: quia hæc pro bono & vtili Ecclesiæ vniuersalis instituta sunt. Vt patet ex præcedenti dubio. De hoc vide D. Thom. hic, vtique art. 10. primæ quæstionis 2.2. & de potentia, art. 4. ad primum.

Romanus Pontifex Ecclesiæ Præsul.

CAPVT QVARTVM.

Respondetur 1. argumento 1. capitis & ostenditur, quo iure alij à Petro Concilium conuocarunt.

a Lib. 3. Summ. c. 8.

14 RESpondetur ergo ad primum argumentum cum Turrecremata, *a* quòd sicut ex eo quòd Romanus Pontifex ex sentẽtia sua, & etiam suorum fratrũ, vtiq; Cardinalium, Conciliũ aliquod indixerit, non sequitur Cardinales habere iurisdictionem ad congreganda Concilia, sed solùm quod authoritate Pontificis approbantis sua suffragia possint conuocare Concilia: ita ex eo quod omnes Apostoli collegerint illud Conciliũ, de quo Actorũ 6. non sequitur, quod penes omnes Apostolos resederit potestas congregandi Concilia, sed tantum quod authoritate sui Præsidis vtiq; Petri approbantis sententias illorum, illud collegerint, & cõgregauerint. Maximè, quod vt Cyrilus notauit in libro thesauri: *b Apostoli ipsi, tàm prædicando, quàm scribendo affirmarunt, Petrũ fuisse illis loco Domini.* Et prò pterea dedisse ei supremum locum, & sedem in omni capitulo, & congregatione, & in omni electione, & cõfirmatione. Vnde Actorum 1. habetur, quod *Surgens Petrus in medio fratrum dixit*, subrogandum esse alium loco proditoris Iudæ, qui perijt. Circa quod animaduertit Glossa *c* Petrum in medio surrexisse & constitisse tanquam Principem reliquorum & caput, & iure isto proposuisse reliquis quæ fieri oportebat. Quocirca dum hic asseritur, Apostolos congregasse Concilium, intelligendum est illud fecisse iuxta sententiam Petri Præsidis, cuius sententiæ omnes subscripsere, vel ipse Petrus annuit votis & precibus illorum. Præterquã q̀ omnes apostoli habuerũt vniuersalem potestatem, qua illorum successores non pollent præter successorem Petri.

Resp. 1. arg. 1. capitis, quo iure Apostoli collegerunt cõcilia.

15 Petri authoritate Apostolorũ congregata Cõcilia.

b Cyr. in lib. Thesaur.

c Glos. Act. 1.

CAPVT QVINTVM.

Respondetur 2. arg. & discutitur, an ad Imperatorem pertineat congregare Concilia?

16 SEcundum argumentum petit disputationem, Vtrùm ad Imp. pertineat Concilia congregare? In quo dubio hæretici recentiores relati à Bellar. *a* mordicùs adhærent parti affirmatiuæ. Hoc præcipuè argumento fulti, quod nos hic dissoluendum assummimus, videlicet, quod quatuor priora generalia Concilia à quatuor secularibus Imperatoribus cõgregata & collecta sunt, quibus nos multa alia subiũgere possumus. De quibus textus Gratiani: *b* vbi loquitur de multis Imperatoribus qui Cõcilia congregarũt, præcipuè tamẽ subiungere libet sextã Synodũ *c* Cõstãtinop. celebratam, anno salutis 670. tẽpore Agathonis Papæ, & Constantij Imperatoris patris Imperat. Iustiniani. In ea enim sæpissimè, maximè in prima, & quinta actione habetur huiusmodi Synodum per Imperialem sanctionem congregatam esse: & de hoc etiam sunt plures textus, vt patet in gestis Concilij Antiocheni, *d* & in gestis Syluest. Papæ: & sunt plura cap. in decretis. *e*
17 Et ne aliquis occurrat dicendo id ex permissu Pontificis ratiq; habitione illius factum esse: non autem de plenitudine potestatis Imperialis. Contra

Arg. ad Imperatorem pertinere cõuocare Cõcilia.

Occurritur arg. sed occursus occluditur.

a Lib. 1. de Cõc. cap. 12. & 13.

b In cap. sancta Rom. d. 15.

c Synod.

d Cap. 1. in prin.

e Dist. 6.

est illud

est illud, quod ex actis Concilij Calcedonen. refert (iuxta aliorũ scripta) Cardinalis Iacobatius *f* videlicet Leonẽ I. Pontificẽ cũ lacrymis Imperatori scripsisse, & supplicasse, vt congregaret Concilium: hoc enim non est permittentis, & ratihabentis verbũ, sed implorantis potius, & pro eximio beneficio opẽ poscentis superiori, vt legitimo huius operis architecto & supremo domino. *f Lib. 2. de Conc. art. 1. num. 9.*

Iterum argumẽto occurritur, & iterũ occursus obstruitur.

19 Quod si dixeris, epistolã istã non reperiri inter gesta prædicti Põtificis. Cõtra est, quod saltẽ reperiuntur inter epistolas Leonis I. duæ vtiq; ad Leonẽ Imperatorẽ, in quibus dissertis verbis efflagitat ab eo, vt præcipiat generale Concilium congregari in Italia. Quid autẽ (rogo) tam instanti prece opus fuisset, si Pontifex non agnoscit penes Imperatorem viguisse ordinariam iurisdictionem congregandi Concilia?

His fauent, & consonant multa, quæ habentur in Concilio Calcedon. vbi in principio illius ita dicitur: *g Hæc sancta Synodus, quæ secundum gratiam Dei decreto piissimorũ Imperatorum congregata est in Calcedonensi ciuitate.* Et rursum illico: *Dominus noster piissimum & fidelissimum Imperatorẽ erexit ad zelum fidei, qui vndique Sacerdotũ Pontifices conuocauit.* Et in fine capitis ipse Imperator ita loquitur: *Ex vniuersis Prouinciis Sacerdotes venerunt Calcedoniam iuxta mandata nostra.* Si ergo Conciliũ generale in Spiritu Sancto congregatum, fatetur se vocatum, & congregatũ fuisse Imperatoris sæcularis edicto, & huiusmodi conuocationẽ fuisse ex motione Spiritus Sancti illustrantis ipsum Imperatorẽ; & vlterius Imperator fatetur congregationẽ illam Imperio suo fuisse collectã: cui potest subesse dubium, quin etiam ad Imperatorem pertineat Conciliorum generalium legitima congregatio? *g Conc. Calced.*

Confirmatur argumẽtũ, quòd ad Imperatorẽ spectet Conciliorum congregatio.

20 Adde, quod Iustinianus Imp. *h* cogi, & celebrari fecit Cõciliũ generale, sine scitu Romani Pontificis: quod tamen Conciliũ ab ipso Romano Põtifice consũmatũ, & approbatũ est. Constat autẽ quod Sũmus Pontifex probare nõ potuerit Concilium quod aliàs legitimũ non fuerit, & per consequens quod Conciliũ solo Imperatoris nutu congregatũ potest esse legitimum, & ex consequenti, quòd Imperator ritè, & rectè posit congregare Concilium. *h L. nos reddentes. C. de Sum. Trin.*

Secundo arg. ad idem.

21 Deinde ad idem sic. Eiusdẽ omnino potestatis est congregare Conciliũ, & præesse Concilio: vt patet discurrendo per omnia Conciliorũ genera. Etenim quia Episcopus habet congregare Conciliũ diœcesanũ, habet, & præesse, & præsidere illi: & idẽ est de Archiepiscopo in Cõcilio Metropolitano, & de Patriarcha in Cõcilio nationali; sed sæpè Imperatores præfuerunt Cõcilijs: ergo ad illos spectat cõgregare illa. Patet consequentia, & probo antecedens; in primis ex Tripartita hist. *i* vbi refertur de Constantino Magno, quòd sedit in medio Concilij Nicænij Imperialibus decoratus insignijs. Constat autem mediũ in congregationibus esse locũ Præsidis, saltim ex sententia nostra, qui capite præcedenti diximus, Petrũ in medio fratrum surrexisse: quia tanquã Præses illorũ, mediũ occcubabat locũ. Deinde probo ex actis Concilij Calcedon. in quo omnes libelli & petitiones fiebant Imperatori tãquã Præsidi & capiti: vt patet in capite futuro. Quapropter relatis gestis eiusdem Concilij ipsi Imperatores Cæsares, videlicet Flauius Valentinianus, & Martianus, tanquam Concilij Principes & Patres Concilij decreta firmarunt, & pœnas taxarunt transgressoribus, vt patet in actione eiusdem Concilij. *i Lib. 1. cap. 5. & lib. 10. cap. 2. & 3.* *k Conc. Cald. act. 16.*

Tertio arg. ad idem.

21 Deniq; argumentari libet ad idem argumento, quod ex hæreticis Bellar. desũpsit, *l* videlicet, Liberiũ Pont. concessisse Imperatoribus liberã facultatẽ congregandi Concilia, iuxta quæ habentur apud Theodoretum. *m* Igitur ex Priuilegio saltim dato (quòd non per se & ex officio) penes Imperatores residet potestas congregandi Concilia. *l Lib. Conc. cap. 13.* *m Lib. 2. hist. cap. 16.*

Confirmatur 1. arg.

22 Confirmat hoc Bellar. *n* testimonio desumpto manu hæreticorũ à D. Hieron. *o* loquens de quadã Synodo ita dicit: *Dic quis Imperator iussit hanc Synodum conuocari?* Sentit ergo Hieronymus (argumentantur hæretici) Imperatores posse Concilia conuocare: quoniam alias interrogatio illius in cassum facta esset. *n Vbi suprà.* *o Lib. 3. contra Ruf.*

24 Confirmat deniq; Bellar. *p* ex mente sua, ex eo quod simul esse cœperũt Imperatores Christiani, & congregari Concilia generalia: ergo signum esse quod sine authoritate Imperatoris istiusmodi Concilia cogi, & congregari nõ possunt: quoniam alias cur primis 300. annis nascentis Ecclesiæ nulla congregata fuerunt? Vndè Albertus Pighius, *q* non solùm dicit, generalia Concilia esse humana inuenta, sed esse inuenta Constantini Magni.

p *Vbi supra.*
q *Lib. 3. cap. 1.*

Confirmatur 2. argumentum.

CAPVT SEXTVM

Ostenditur non pertinere ad Imperatorem Conciliorum congregatio.

25 IN contrarium nihilominus est pars negatiua quæstionis eadem tenenda certitudine, qua creditur, & asseritur Ecclesiæ vniuersalis regimen & gubernationem non Imperatori, sed Petro eiusque Sacerdotibus à Domino commissam fuisse: quia vt patet ex vltimis probationibus capitis 3. ad illum pertinet generalium Conciliorum congregatio, ad quem Ecclesiæ vniuersalis gubernatio spectat. Vnde cum certum sit huiusmodi gubernationem inditam fuisse à Christo Romano Pontifici, non autem Imperatori seculari, vt nunc supponimus diffinitum à Nicolao I. *a* consequens est ad Romanum Pontificem, non verò ad Imperatorem generalium Conciliorum conuocationem pertinere.

Ostenditur primo ad Imperatorem non pertinere Conciliorum congregatio.

26 Confirmatur, quia propterhoc ad nullũ secularium magistratuum spectat conuocare Concilia nationalia, prouincialia, aut diœcesana, sed tantùm ad Prælatos, qui spirituali iurisdictione gaudent circa cõgregandos ad Concilia.

Cur sæculares Coucilia non congregent.

27 Deinde probatur authoritate priscorum Ecclesiæ Pontificum. Sanè Marcellus Papa scribens Maxentio Episcopo, ita inquit: *b Synodus Episcoporũ absq; huius Romanæ sedis authoritate congregari non potest.* Et Iulius Papa *c* scribens ad Episcopos orientales dicit, quod canones Ecclesiæ præcipiunt absque Romanæ sedis authoritate Concilia fieri non deberi, nec vllum fuisse ratum Concilium quod eius authoritate non fuerit approbatum. *Eadem* repetit Greg. Mag. *d* & Pelagius Papa. *e*

Nullum fuit ratũ Cõciliũ absq; Romani Præsulis authoritate.

28 Denique probatur ex ipsa Imperatorum spontanea confessione. Etenim Constantinus Magnus non sedit in Concilio Nicæno inter Episcopos. Sed omnium vltimus in loco humili, nec voluit se causis Ecclesiasticis intromittere: vt refert Eusebius, *f* Rufinus, *g* Theodorus, *h* & Socrates. *i*

Similiter se gessit Theodo. Imp. Iunior, vt cõstat ex eius epistola ad Cõciliũ Ephes. I. & refertur à Gratiano *K* itẽ Valẽtinianus apud Sozomen. *l* eodem modo se gessit. Adeò vt rogatus ab Episcopis vt Conciliũ cogeret, respondit: *Mihi, qui sũ in sorte plebis, fas non est talia curiosius perscrutari: Sacerdotes, quibus istæ curæ sunt, quocumq; voluerint loco conueniant.* Basilius Imperator *m* negat ad se vel ad vllum laicum pertinere Ecclesiastica negotia tractare. Denique Iustinianus Imp. *n* dixit: *In causis fidei & religionis Imperiale iudicium Sacerdotum iudicio submittendum esse.*

a *Epist. Miche. ad Imp. Gelas. epis. ad Athan. s. August. & ab alijs relatis cap. suscepistis, dist. 10.*
b *Dist. 16. cap. Synodus.*
c *Ibi cap. reg.*
d *Greg. 17. d. c. nec licuit.*
e *17. dist. c. multis denuo.*
f *Lib. 3. de vita Const.*
g *Lib. 1. cap. 2.*
h *Lib. 1. cap. 7.*
i *Lib. 1. cap. 8.*
K *Cap. satis. dist. 96.*
l *Lib. 6. cap. 7.*
m *Octaua Synodo, cap. 10.*
n *In sexta Syno.*

Ipsi Imperatores agnoscunt nõ pertinere ad eos Cõciliorum congregatio

CAPVT SEPTIMVM.

Respondetur argumentis quinti capitis.

29 HIS Positis ad argumenta respondendum est; & primo ad primum respõdemus, verum omnino esse, quod Imperatores coegeruntquatuor illa priora Concilia generalia, de quibus secũdo argumento primi capitis, & in capite sancta Romana Ecclesia: *a* sed in primis non congregasse illa potestate absoluta, & independenter à consensu Sũmi Pontificis, sed potius simul cum illo, & ex eius sententia, vt ex dicendis constabit. Etenim sexta Synodo generali, *b* & apud Damasum in Pontificali habetur Concilium primum Nicænum simul congregatum fuisse à Syluestro Pontifice, & à Constãtino Imp. Deinde (referente Theodoreto *c*) Theodosius Senior non tàm suis, quàm Damasi literis Concilium primum Constantin. congregauit. Quare in sexta Synodo generali, *d* habetur non quidem quod solus Theodosius Senior, sed quod Damasus, & Theodosius Macedonio restiterint, vt Constantinus & Syluest. Arrio. Rursum Celestinus Pontifex

a *Dist. 15. cap. sancta Rom.*
b *Act. 8.*
c *Lib. 5. hist. c. 9*
d *Act. 18.*

Quomodò aliqua coactaCõcila per Imperatores.

tifex misit ad primum Concilium Ephes. tanquam Apostolicæ sedis legatum Cyrilum Archiepiscopum Alexandrinū, vt patet tàm ex epistola Cælestini ad Cyrilū, e quæ habetur inter Cyrili opera, quā ex testimonio Euagri. f Ex quo sequitur, quod Summus Pontifex assensum præbuit celebrationi istius Concilij. Et idem est de duobus alijs Concilijs in argumento adductis: vtiq; de Calcedonen. I. & Constantinopolitano VI. alias sexta Synodus generalis. quoniā Concilio Calcedonen. I. interfuerunt loco & nomine Leonis I. Pontificis Paschasius & Lucentius Episcopi, & Bonifaci⁹ Presbyter: & sexta Synod⁹ generalis habuit alios tres viros Vicarios Romanæ sedis, vt habetur act. 1. illius Cōcilij.

e Cælest. epist. ad Cyril.

f Lib. 1. cap. 4.

Rogando non imperando Imperatores Cōcilia congregarunt.

30 Deinde Imperatores præfatos non solùm non congregasse illa Concilia absolutè & independenter ab authoritate Romana Pontificis, sed potius requisito & rogato ab eis, vel ab alijs ipso Summo Pontifice, patet ex eo quod Gelasius Papa g agens de Concilijs receptis à Romana Ecclesia ita recenset illa: *Sanctam Synodum Nicæn mediante Constant. Maximo, sanctam Synodum Constantinop. mediante Theodosio: sanctā Synodū Ephes. 1. mediante Cyrilo & Arcadio: sanctā Synodum Calcedon. mediante Martiano Augusto, & Anatolio Episcopo Constantinopolitano.* Mediatores ergo apud Summum Pontificem extitere Imperatores illi circa horum Conciliorum congregationes; & intercedentium officio functi sunt, non autem indicentium propria authoritate Concilia generalia.

g Dist. 13. cap. sancta Rom.

Imperatores nō mandabant, sed demādabant Cōcilia.

31 His addo, tùm quòd Martianus Imperator per epistolam rogauit Leonē Pontificem, vt veniret, & Concilium faceret, aut per literas saltem significaret, quid faciendū esset; quæ epistola habetur apud Concilium Calcedonense. Tū quod in sexta Synodo generali dicitur, h quòd tā Vicarij Summi Pontificis, quā qui ex persona Synodi aderant dixerunt: *Benignissime Domine à vestra fortitudine ad sanctissimum Papam demandati sumus:* Ecce qualiter Imperator asseritur demandator & procurator Concilij apud Papam: non autem inductor & conuocator. Et ideò tanti fit apud ipsa Concilia Imperatorum pijssimorū studium circa illa: quia zelo fidei vehementer flagrabant.

h Act. 1.

Cur aliquando Rom Pōtifices lacrymis ab Imperatoribus Cōcilia extorquebant.

32 Quod si aliquando ipsi Pontificis literis, aut lacrymis extorquere conati sunt ab Imperatoribus generalium Conciliorum edicta, id non arguit iurisdictionē ordinariā in Imperatoribus, sed indigentiā viriū tēporaliū in ipsis Summis Pōtificibus ad tātæ rei exitus, vt sæpè spiritualia egēt coporaliū subsidio.

Potestas secularis instituta pro auxilio potestatis spiritualis.

33 Pro quo nota cū Cypriano, & Nicolao I. (relatis apud Gratianū nostrū i) quod potestas secularis est instituta pro auxilio potestatis spiritualis, adeò vt propter hoc Principes seculares appellētur defensores Ecclesiæ K in Clem. 1. cuius est textus notabilis. l Et sanctā sacræ Scripturæ, quā sanctis Patribus, & ipsi naturali rationi hoc ipsū cōsentaneum est. Sacræ enim literæ apud Esaiā ita habēt: m *Erūt Reges nutritij tui* (hoc est Ecclesiæ) & *Reginæ nutrices tuæ.* Et iterū: *Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabant tibi.* Quod explicans Aug. o ita inquit: *Pertinet hoc ad Reges seculi Christianos: vt tēporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam.* Item Leo I. p *Debes Imperator incunctanter aduertere Regiā potestatē tibi, non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.* Et deniq; Ambros. q *Cùm enim omnes homines, qui sub ditione Romana sunt, vobis militent Imperatoribus, vos omnipotenti Deo, & sacræ fidei militari debetis.* Quod Ambr. dictū à ratione ipsa euidenti desumptū est. Quare nemini debet esse dubiū si Pontifices monitis & mandatis Imperatores torserint vt generalia Cōcilia vocarēt, quoniā secularis authoritas efficacior apud multos est & potētior, quàm spiritalis potestas. Quare Ecclesiasticæ potestates quotidiè sese demittunt ad poscendam opem brachij secularis, vt iussa illius conuenienter expleantur.

i Dist. 10. cap. cū ad idem, & dist. 96. cum verum.

K Clemēt. 1. de iureiurand. & in cap. venerabilis, de election.

l Cap. Principes seculi, & cap. sequenti, dist. 23. q. 5.

m Esaiæ 49.

n Cap. 6.

o Tractatu 11. in Ioannem.

p Epist. ad Leo Imp.

q Epist. ad Velen.

Constātinus Magnus humiliorē in Nicæ. Concilio locū occupauit.

Aliquādo locus medius locus infimus.

34 Ad secundum argumentū respondetur, Cōstant. Magnū nō solū digniorem locum in Concilio illo nō occupasse, sed omnino infimū, vt patet ex dictis in tertia probatione huius negatiuæ partis: quod si in medio sedit, id fecit: quia locus medius erat ibi omnium abiectus, veluti in amphitheatris Romanis, vbi primores viri eminentiores sedes occupabant, minores vero profundiores. Maximè quod historia tripartita non dicit absolutè Constantinum sedisse in medio, sed sedisse in medio in humili Cathedra: quare sedis hu-

 militas

militas deprimit loci dignitatem. Vt inter conuentus Monachorũ medius sedet & in medio, humili tamen sede, qui ob negligentiam aliquam pœnas in loco refectionis luit. Ex quo sequitur, Constantinum in illo Concilio Præsidis non egisse. Quocirca Martianus Imperator r dixit: *Exemplo religiosissimi Principis Constantini Synodo interesse volumus.* Vbi notandum est, quòd non dixit, ad exemplũ Constãtini præesse volumus, sed tantum *interesse volumus.* Signum ergo est, quòd Constantinus interfuit, non verò præfuit Concilio.

r Dist. 96. cap. ad fidem.

35 Ad illud autem de Concilio Calcedonen. satis patet Imperatorem præsidentis officium non egisse, tùm propter relata à Martiano epistola ad Leonem Pontificẽ, de qua suprà: tùm quia in illo Concilio repulsam passus est Dioscorus, propterea quod aliquando inconsulto Rom. Pont. Concilium congregare fuit ausus: vt patet ex prima actione Concilij. Quòd si libelli deferebantur ad Imperatores, id erat, quia authoritate sua faciliorem exitum inuenirẽt: non autem quia res Concilij, vt præsides gubernarent, & confirmarent, similiter illius Concilij acta, non vtiq; approbando illa, sed quasi fouendo, vt paci & trãquilitati reipublicæ apprimè cõducẽtia, & sic pœnas taxarent cõtra turbatores earũ. quæ omnino secularem, non autẽ spiritalem redolent potestatem.

In Chalced. Cõcilio Imper. non præfuit.

36 Maior difficultas esse poterat de Constantino illo, qui sextæ Synodo generali interfuit: de hoc enim in eodem Concilio sæpissimè asseritur officio præsidis functum fuisse: initium enim quàm plurimarum actionum ita habet: *Præsidente piissimo, & magno Imperatore.* Sed nec hoc multum ponit: cum in actis ipsius Concilij intexta circunferatur epistola ipsius Imperatoris ad Romanum Pontificem, qua postulabat, vt ad se legatos mitteret, qui generali Cõcilio præsiderẽt. Quare ly *Præsidente Imperatore*, idem sonat in prædicto Concilio, ac si dixisset, *interessente Imperatore*. Nisi quia dignitatis gratia, & quia digniorem occupabat locum, digniori voce assistentia illius expressa fuit, vtiq; nomine præsidentiæ. Maximè, quod cum celebraretur Concilium illud intra proprium Imperatoris Palatium, cui nomen Trullus, maius Imperatori obsequium debebatur. Et ita tàm sedem, quàm nomen Præsidis accepit, sed non rem: vt contingit apud nos quoties purpuratus aliquis ingreditur ex consulto Ecclesiasticorum capitulum, vel chorum: is enim incunctanter pro tribunali sedet, & locum Præsidis occupat, sed nõ rem; nã re Præses non efficitur, etiãsi præsidere dicatur, & Præsidentis sedem, & locum obtineat, & ad illum quasi ad potissimum caput omnia, quæ proponuntur destinentur.

Quo iure dicantur Imperatores præsidere Cõcilijs.

37 Ad secundũ respondetur, quod prior pars illius aliũ sensum habet, videlicet Liberiũ Pontificẽ, attente cõsiderato Imperatorũ iure, tandẽ recognouisse, quod apud illos residebat potestas cõgregandi Cõcilia: verũ tamen de Liberio Põtifice nihil tale apud Theodos. legitur, sed nec apud aliũ probatæ fidei authorẽ. Quare testimoniũ illud impostura est. Ad secundã partẽ respondetur loquutũ fuisse Hieronymum, non de iure, sed de more: quia moris erat tunc temporis Imperatores Concilia congregare, licèt ad modum supra dictum, scilicet de licentia Summi Pontificis.

Liberius Pontifex falsò pro cõtraria parte citatus.

38 Ad tertiũ respõdetur, Cõcilia generalia nõ facile cõgregari posse, quamdiu nõ est aliquid facile Principi, ad cuius intuitũ maria, terræq; mouetur. Quia generale Conciliũ ab omnibus mũdi partibus, in quibus Christianitas viget cõgregandũ est. Et ita licet ante Imperatores nec authoritas, nec necessitas cõgregãdi Cõcilia defuerint, deerat tamen opportunitas, & propterea nõ sunt congregata vsq; ad Imperatorum Christianorum subsidium.

Ægrè admodũ Concilia generalia cogũtur.

CAPVT OCTAVVM.

Resp. 3 argumento 1. capitis, & ostenditur, qualiter citra Pontificis Romani sententiam possit congregari Concilium.

39 Authores & argumenta quòd aliquãdo sine Rom. Præsulẽ possit Cõciliũ cõgregari.



Ertiũ argumentũ vrget nos, vt explicemus, an saltẽ necessitate vrgẽte possit alius à Põtifice generalẽ Conciliũ cõgregare? Necessitatis autẽ causæ sufficiẽter sũt in arg. numeratæ. Ad quas varij varia respõdẽt. In primis enim Turrecre. a vix reputat poss.bilẽ, vel etiã credi-

a Lib. 3. sum. c. 8

credibilem primam causam. Baldus, *b* Card. Alb. *c* AEgidius, *d* & alij apud Iacobatium *e* dicunt, quòd in casu hæresis, vel schismatis, possunt Cardinales, & alij à Pontifice Concilia congregare: quia tractandū est in eis de Pontificis authorizatione: & proinde authoritas Pontificis non videtur tunc necessaria. Et etiam quia tunc datur congregatis potestas iudicandi de Papa, & proinde authoritas, vt ad tale Concilium congregentur. Et ad hunc modum responsum videtur alijs in reliquis casibus.

b *Cap. olim De rescriptis.*
c *Cap. Syn. 7. d.*
d *In clem. eudū.*
e *Lib. 1. Conc. à n. 1. vsq; ad 48.*

Sententia authoris bimēbris.

40. Mihi tamen ad omnes illos vnica distinctione satisfaciendum esse videtur. Distinctio autem illa est, quam dub. 1. cap. 1. proposui, ad quam inducunt Card. Turrecremata, *f* & Bellar. *g* videlicet aliud esse loqui de Concilijs generalibus prout sic, abstrahendo ab illegitimis & legitimis, perfectis, & imperfectis: aliud verò de legitimis & perfectis. Quibus præmissis respōdendum est, quòd si loquamur de Concilijs primo modo sumptis, certum est, posse alios à Pontifice ritè & rectè concilium congregare: secùs verò si loquamur de illis in secundo sensu.

f *Vbi sup. ad 1. lib. 3. cap. 8.*
g *lib. 1. Conc. cap. 14.*

Priorem partem huius decisionis probo tùm argumentis Iurisperitorum, quæ modò retuli: tùm quia extrema necessitas (maximè totius communitatis) potior est omni positiuo iure.

Secundam verò partem probo ex eo, quòd Concilij generalis legitimatio est propria Summi Pontificis, etiam in casu, quo de Pontificis incapacitate in Concilio ipso agendum est: vt patet *h* ex cap. Concilia. Ibi enim refertur, quòd cùm Symmachus Papa diffamatus esset de quibusdam criminibus, & Theodoricus Rex Romam veniens Concilium congregaret, vt examinarentur ea quæ Pontifici obijciebantur: tunc Episcopi ad Concilium vocati postquam in vno congregati fuere, surgentes inclamarūt, opus esse authoritate ipsius Symmachi iudicandi ad hoc, vt ille conuentus Synodus fieret, hoc est, legitimus & perfectus.

h *Dist. 17.*

Non satis est ad legitimationē Cōcilij iure congregari.

41. Quare licèt aliquando conuentus aliqui sub nomine Conciliorum generalium, & quidem bona atq; optima mente congregati sint (cuiusmodi fuit Concilium illud quod Iustinianus collegit, *i* de quo nos superiori capite in argumento secundo propositionis affirmatiuæ propè medium: & Concilium aliud tempore Marcellini Papæ, sed non de sententia eius collectum: de quo Nicolaus I. *k*) Licèt igitur aliqui huiusmodi conuentus consilio sano congregati sint, non propterea vices legitimorum Conciliorum prætulerunt, neque tanquam legitima Concilia postea à Pontificibus sunt approbata: licèt aliqua eorum decreta aliquando ab illis confirmata inueniantur: vt confirmauit Pontifex illa, quæ edidit Concilium à Iustiniano congregatum: sed tantum obtinuerunt nomen imperfectorum Conciliorum ob defectum authoritatis Pōtificiæ.

i *Lib. Nos credentes, Cod. de sum. Trin.*
K *Epist. ad Michaelem Imp. relata d. 26. cap. nunc autem.*

Non satis est Cōciliū illegitimum esse, vt cō ciliabolū sit, vel cō uenticulum.

42. Est notandum quod non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sunt tanquam conuenticula: quia licet sint imperfecta, eo quòd carent prærogatiuis & priuilegijs, quibus gaudent Concilia legitima ad certò & infallibiliter definiēdas res fidei, & ad alia huiusmodi, de quibus Pighius: *l* ipsi tamen ratione sui muneris & instituti conuentus venerabiles sunt: vtpotè iure congregati ad subueniendum extremæ necessitati Ecclesiæ, circa quam est authoritas defendendi seipsam, & prouidendi sibi de capite. Vnde quamuis sine illo non possit statuere de multis, potest sibi prouidere, & eligere caput, cum quo de illis statuat. Videantur Caiet. *m* & Card. Bellar. *n*

l *Lib. 4. cap. 8. ad finem.*

43 Alia sūt Concilia generalia simpliciter alia verò secundū quid.

m *De auth. Summi Pont. cap. 15. & 16.*
n *Vbi suprà.*

CAPVT NONVM.

Respondetur 4. arg. 1. capitis, & ostenditur quotuplex sit Concilium generale.



VLtimo arg. satisfaciemus obseruādo Cōcilia generalia esse in duplici differētia: alia enim sūt generalia simpliciter & absolutè: alia verò secūdū quid. Illa dicuntur in quibus totius vniuersalis Ecclesiæ tractatur negotiū ex omnibus totius orbis Prouincijs cōuocatis Episc. orthod.

a Cap. 2. In prin vt habet Albertus Pighius: a ista verò, in quibus totius alicuius Regni Primatus, vel Patriarchatus Episcopi cõstuunt, pro causa totius regni: etenim quatenus in illo regno generalia sunt, appellantur istiusmodi Concilia generalia, qualia sunt Concilia nationalia.

45 His positis dicendum est, nullum inter Concilia legitima inueniri generale Concilium, quod de sententia Pontificis congregatum non sit, vtrique loquendo de Concilio generali, quod absolutè generale dicitur: loquendo autem de Concilijs, quæ secundum quid sunt generalia, multa numerãtur ab*q; Romani Pontificis iussu collecta: inter quæ annumeratur illud de quo in argumento, & cum eo quàm plurima alia eiusdem Toletani Primatus. Vt patet ex Epistola Gregorij I. b & ex Leone Papa. c Et non tantùm Concilia Toletana nationalia hoc nomine insignita sunt, sed etiam alia Concilia Romana ad quæ vocati confluere omnes Episcopi Romani Patriarchatus, vt videre est in Cõcilio coacto tempore Symmachi: & propter eandem rationem Concilium quartũ Cartaginẽse dicitur generale. Et hæc de secũda parte huius tractatus.

Omnia Concilia generalia simpliciter authoritate Roman. Præsulis semper collecta sunt, & colligenda.

b Epist. 92. ad Lean.

c Epist. ad Turibium.

DVBIVM TERTIVM.

Vtrùm soli Episcopi ad Concilium generale tanquam iudices sint vocandi

SVMMARIVM.

1 *Varia hominum genera possunt ad Concilia vocari.*
2 *Arg. omnes fideles vocãdos ad Cõcilia.*
3 *Arg. solos iustos ad Cõcilia vocãdos.*
4 *Arg. doctos dumaxat fideles ad Concilia vocandos.*
5 *Arg. Cardinales iuxtà ac Episcopos vocandos ad Concilia.*
6 *Arg. Episcopos titulares ad Concilia vocandos.*
7 *Arg. Generales Ordinum, & Abbates ad Concilia vocandos.*
8 *Explicatur quæstionis titulus.*
9 *Episcopi necessariò sunt ad Concilia vocandi.*
10 *Episcopi DD. & Ductores Ecclesiæ.*
11 *Episcopi debent interesse Concilijs.*
12 *Legitimi Conciliorum iudices sunt Episcopi.*
13 *Episcopi Apostolorum successores.*
14 *Arg. Episcopos non esse Conciliorum iudices.*
15 *Resp. arg. præcedentis numeri.*
16 *Soli Episcopi sunt necessariò ad Concilia vocandi secundũ ius cõmune.*
17 *Ad quatuor priora Concilia generalia soli Episcopi vocati sunt.*
18 *Cõcilia vocãtur Synodi Apostolorũ.*
19 *Qui debeant ad senatum vocari.*
20 *Iuramento obstringũtur Episcopi venire ad Concilia.*
21 *Soli Episcopi ex officio sunt Pastores Ecclesiæ.*
22 *Arg. Vniuersos fideles ad Concilia generalia vocandos.*
23 *Ostenditur non omnes fideles ad Cõcilia generalia vocandos.*
24 *Promiscuũ vulgus gubernationi ineptũ*
25 *Occurritur probationi.*
26 *Occursus obstruitur.*
27 *Ciuitas est id, quod in ea optimũ est.*
28 *Episcopi appellantur Ecclesia.*
29 *Quilibet priuatus Episcopus dicitur sua Ecclesia.*
30 *Resp. 1. arg. 1. cap. Concilium generale vniuersalẽ Ecclesiã repræsẽtare.*
31 *Prærogatiua infallibiliter diffiniẽdi Cõcilijs, vt Ecclesiæ, & pro illa.*
32 *Resp. 2. arg. 1. cap. & ostenditur quomodò Cõcilia sint vniuersalis Ecclesiæ.*
33 *Resp. 3. arg. 1. cap. & explicatur regula, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.*
34 *Resp. 3. arg. 1. cap. & ostenditur quomodò omnes fideles debeant succurrere vniuersali Ecclesiæ.*
35 *Resp. vlt. arg. 1. cap. & ostẽdatur qui sint ad Concilium vocandi.*
36 *Arg. 1. solùm Episcopos sanctos ad Concilia vocandos.*
37 *Arg. 2. ad idem.*

38. Arg.




HAEc est tertia pars huius tractatus, quæ procedit de causa materiali Conciliorū, hoc est, de personis iure ad Conciliū vocandis, ex quibus iure Concilium constare debeat. Vt autē quæstionis titulus intelligatur notandum est, quod varijs titulis & nominibus varia hominum genera possunt ad Concilium vocari.

1 In primis enim vocari possunt Principes, & potentes viri, qui familijs & satellitibus suis Patres in Concilio tueantur, & ab hæreticorum & aliorum inimicorum incursu defendant. Alij etiam conuenienter ad Concilium vocātur, vt negotia tractent, & rationē sui in Cōcilio reddāt, quomodò hæretici & schismatici vocari solēt. Alij etiā cōuenienter vocantur, vt disputēt res in Concilio tractandas, atque diffiniēdas, & luci, ac lumini sint Cōciliorum diffinitoribus pro Cōciliorū diffinitionibus, quomodò perpetuo vocātur sapiētes viri cuiuscūq; conditionis sint. Alij quartò vocātur tanquā ministri necessaria suppeditātes Cōcilio. Alij similiter vocātur vt testes, & vt conscij sint decretorum Cōcilij, quomodò vocantur Principes, & viri Primores. Alij denique vocantur tanquam propria membra Concilij, & tanquam viri suffragium laturi in Cōcilij rebus, vtpote iudices corū, quæ in Concilijs tractanda sunt. Et de hoc vltimo vocationis genere procedit nostra quæstio, Vtrùm scilicet soli Episcopi tanquā iudices ad Concilia generalia vocandi sint? nam tanquā opitulatorij, consiliarij, testes, & ministri, nulli dubium est, quin alij ab Episcopis vocari possint, & debeant.

Varia hominū genera possunt ad Concilia vocari.

CAPVT PRIMVM.

Authoris, & argumenta partis negatiuæ.



2 A Parte negatiua plures sententiæ sunt. In primis enim hæretici recentiores (referente Alberto Pighio a) contendunt omnes omnino fideles cuiuscumque dignitatis, & sexus, hoc est, tàm fœminas, quàm viros ad Concilium generale tanquam proprios & legitimos iudices iure vocandos esse. Ratio illorum est, quia sola vniuersalis Ecclesia habet priuilegiū non errandi in fide, & ideò nisi tota conueniat, & iudicium ferat non poterit esse infallibile iudicum Concilij.

Arg. omnes fideles vocādos ad Cōcilia.

3 Deinde Brentius b in confessione Vuitembergen. relatus ab Osio Cardinali disputatione contra Brentium, per aliud extremum ait, solos iustos, & electos Dei vocandos esse ad Concilium: quia illi sunt Ecclesiæ membra, & Spiritus Sancti organa: & proinde illi tātum possunt irrefragabile iudicium proferre, quale debet esse iudicium Concilij generalis.

Arg. solos iustos ad Concilia vocandos.

4 Tertiò, Lutherus, & cū eo protestātes, atq; Carolus Malinæus apud Bellar. c quasi media via incedentes inter sententias præmissas, & vtriusque rigorē temperantes, dicūt ex omniū fideliū genere debere vocari ad Cōcilia omnes, illos,

Arg. doctos dumtaxat fideles ad Cōcilia vocandos.

a Lib. 6. cap. 12.

b Apud Hos. disput. contra Brentium.

c Lib. 1. Conciliorum, cap. 15.

illos, & solos illos qui docti & eruditi sunt, vt iudicium ferant tamquam veri iudices Concilij. Ratio illorum est, quia res Concilij maximè à scientia & doctrina pendet, & quod omnes tangit ab omnibus, saltim peritis, debet approbari iusta regulam iuris in sexto.

5 Arg. Cardinales iuxta ac Episcopos vocādos ad Cōcilia.

Quartò, Cardinalis Turrecremata, *d* & Iacobatius *e* dicunt Cardinales non minus quàm Episcopi authoritatem habere definiendi, & determinandi ea quae in Concilio tractantur, & proinde deberi ad Concilium tamquam veri iudices vocari. Ratio illorum est, quia vnà cum Episcopis Pontificalibus etiam ornamentis induti, & mitris ornati in diffinitionibus, & decretis Synodalibus concurrunt.

d Lib. 3. sum. cap. 24.
e Lib. 1. de Conc. art. 7. ver. idem reperio.

6 Arg. Episcopos titulares ad Concilia vocandos.

Quintò, Cardinalis Iacob *f* absolutè asserit Episcopos titulares, siue annulares absolutè haber eius suffragij in Concilijs generalibus, etiāsi Pastores nō sint, nec iurisdictionem obtineant circa aliquas Ecclesias. Ratio illius est, quia reliqui Episcopi non gaudent huiusmodi iure propter Ecclesias, quas moderantur, sed propter Episcopalem ordinationem & consecrationem, quibus etiam annulares Episcopi gaudent.

f Lib. 2. de conc. cap. 2. vers. sed quia.

7 Arg. Generales ordinum & Abbates ad Cōcilia vocandos.

Deniq; sanctus Antoninus, Archidiaconus Alexand. *g* & alij tenent quòd Generales Ordinum, atque etiam Abbates, tàm regulares, quàm saeculares habent ius suffragij in Concilijs generalibus. Ratio est, quia saltem vigore consuetudinis huiusmodi ius ab illis adquisitum est.

g Apud Iacob. vbi supra. 5. sed contrarium ver.

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur Episcopos iure ad Concilium vocandos.

8 Explicatur quaestionis titulus.

IN hoc dubio duo supponuntur tamquam certa, & aliud in controuersiam vocatur. Supponitur ergo tamquam certum Episcopos ad Concilia vocandos: item vocandos esse, vt Concilij iudices. Inquiritur autē, vtrum illi soli tamquam iudices sint ad Concilia vocandi. Vt autem omnia haec apertè pateant aperienda sunt tribus conclusionibus.

9 Episcopi necessariò sint ad Concilia vocandi.

Prima conclusio.

EPiscopi necessariò ad generalia Concilia tanquam ipsorum Conciliorum legitima membra conuocandi sunt.

Haec cōclusio est omnino certa, & probatur primò tā ex diffinitione Concilij generalis, quā ex Glossa, quā *a* adducit Turrecremata, nimirū, Concilium generale est illud, quod à Papa, vel eius legato, cum Episcopis celebratur.

a cap. 1. d. 17.
b Lib. 3. summ. c. 12.

Secundò ex cap. Synodum d. 17. vbi Marcel. Papa vocat Synodum vniuersalem Synodum Episcoporum.

Tertio ex Epistola Leonis *c* vbi vocat Concilium generale Concilium Episcopale.

c Epist. ad Conc. Ephes. quaest. 15

Quarto ex Eusebio, qui describens priora Ecclesia Concilia celebrata tempore Victoris Papae, vel qui fuit decimus à Petro, & ordine 13. vocat Concilia conuentus Episcopales.

10 Episcopi Doctores & ductores Ecclesiae.

Quinto ex peremni vsu & consuetudine Ecclesiae, quia nullum hactenus generale Concilium celebratum est, quod ex Episcopis non constiterit, vt patet discurrendo per singula.

Denique patet ex ipsorum Constitutione; etenim, vt dubio primo huius tractatus vidimus, generalia Concilia congregantur ad tuendā veram fidei doctrinam, vt vniuersalia Ecclesiae negotia moderentur, & vt bono, & vtili illius consulant; at omnia hac pertinent ad Doctores, gubernatores, & praecipuos

puos magistratus Ecclesiæ, quales sunt Episcopi. Igitur Episcopi necessario ad Cōcilia generalia vocandi sunt. Minor huius argumēti ex Pauli testimonijs manifesta est. Etenim scriptum est dE piscopos esse Pastores & Doctores. Et ad Timoth. e & Titum dicitur, quod Episcopus debet esse doctor fidelis sermonis, vt potens sit exortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Et in Act. monuit Paulus Episcopos inquiēs, *f Attendite vobis, & vniuerso gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*

d Ephes. 4.
e 1. ad Tim. 3. &
f Act. 20.
g Sub Syl. 1. cap. non. 19:
h Lib. 24. ca. 34


Inde est, quod Episcopi ad Concilium vocati interesse debent, nisi grauioribus fortè præpediti obstaculis. Ex quo illud Conc. Arelaten. g *Si quis neglegerit adesse aut cœtum fratrum antequam dissoluatur crediderit dissoluendum, alienū se à fratrum cōmunioni cognoscat.* Similiter & illud Theodosij senioris epist. ad Patres Ephesi congregatos, de qua Nicephorus *h Qui ad Episcopalem sacrum conuentum vocatus, non alacriter occurrit non bona eius conscientia apparet.* 11 Episcopi debent interesse Concilijs.

CAPVT TERTIVM.

Ostenditur Episcopos verè esse iudices Concilij.

¶ Præmissa conclusione priori sequitur, vt proponamus secundam.

Secunda conclusio.



PISCOPI Vocandi sunt ad Concilia tamquam veri iudices illorum. Hæc conclusio licet supponatur certa in quæstionis titulo, vt cap. 2. diximus; tamē aliquādo iuxta quæ recenset Cano, a aduersarios habuit nō omnino pessimos: asseuerabant enim Episcopos nō esse iudices, nec iudicum officium habere in Cocniliorum senatu. Et nō solum illi non omnino pessimi, sed etiam alij vnde quaquam pestilentes authores, nimirum hæretici nostri temporis in eodem errore versantur: dum apud Bellar. b) asserunt, quod Episcopi, tantum habent in Concilijs suffragium consultiuum: non autem decesiuum. Quod si obijciamus eis secum omnino pugnare, siquidem, vt supra vidimus, c de illorum mente relatum est, quôd omnes omnino fideles habent in Concilijs vocem decisiua m. Si igitur contradicentiam hanc obijciamus illis; respondebunt fortasis, nullius esse pōderis apud eos, qui non tam pro veritate, quâm pro vanitate aduersus Ecclésiam pugnant. Vnde vt dimicent cōtra nos, nihili faciunt seipsos exturbare, & contradicere. 12 Legitimi Conciliorum iudices sunt Episcopi.

a 5. de loc. cap. 5. quæst. 2.
b Lib. 1. de Concil. cap. 18.
c Cap. 1, arg. 1.

Sed quidquid sit de hoc probatur nostra conclusio ex ipsis Episcoporum, qui Concilio intersunt subscriptionibus. Et etenim ita habent. Ego N. ipse iudicans subscribo: iuxta quæ notauit Azor. e

Secundo, probatur ex eo, quod Episcopi sunt Apostolorum successores, iuxta quæ ex Anacleto Pontifice Gratianus e noster refert. Vnde cum Apostoli decisiuum suffragium habuerint in Concilijs, vt videri potest in illo quod celebrarunt: f consequens est, quod etiam Episcopi in Concilio gaudeant suffragio decisiuo. 13 Episcopi Apostolorū successores.

d Tom. 2. Sum. li. 5. de quarto præcepto Decal. c. 22
e D. 21. c. in nouo
f Act. 15, num. 6.

Deniq; probatur ex eo quôd Episcopi in Cōcilijs generalibus diffiniūt res fidei & morum, & anathematis pœna feriunt repugnantes & rebelles, quæ omnia sunt actus iudicij, vt per se notum est. Sanè nisi senatus ille verè judiciale forum esset, non apparet, quo iure excommunicationis sententia ferre posset, atque de controuersijs fidei & morum iudicium pronuntiare. Habent ergo Episcopi huiusmodi sententias ferentes rationem iudicum.

Inde est, quod in Concilio Nicen. g & in Calced. h ita dicitur: *Decretiatnis*

g Epist. ad Leon.
h Conc. Nic. 13.


tuis nostrum honora iudicium. Sentiunt ergo Concilia quod sui muneris est iudicium ferre: & proinde quod Episcopi, quibus omnino constituuntur, sint iudices.

14 Arg. Episcoposnō esse Conciliorum iudices. Sed insurgunt illi vbi supra à Cano relati, & obijciunt, quod tàm in libris decretalium, quàm in Clementinis adscribitur, Nō Patribus, sed Summo Pōtifici sententia Conciliorum. Vt patet in Concilio Vienensi, cui præfuit Clemens ipse V. ibi enim Pontifex edixit, se decreta illa pronuntiare sacro approbante Concilio. Vbi sententiam, & iuditium sibi soli, Concilio non ni sententiæ approbationem tribuit.

15 Resp. ar gu. præcedentis numeri. Resp. nihilominus, quod approbatio Concilij, quà parte refert Episcopos est approbatio iudicialis, saltim qualis est illa, de quà scriptum est *i Sedebitis iudicantes duodecim tribus Israel*. Hoc est, iudicio approbationis: præterquam quòd si subscriptio Episcoporum habet omnino rationem sententiæ (vt omnino habet, saltem quando Pontifex ipse per se ipsum Concilio non interest, sed tantum per suos legatos) consequens est, quòd sub potiori iure approbatio Episcoporum sit ad normam sententiæ, siquidem iuridica est; non secus atque est iuridica approbatio facta à Senatoribus vnius fori iudicialis nomine sententiæ latæ à Prætore, vel etiam à Principe. i *Matth.* 19.

CAPVT QVARTVM.

Asseritur conclusio directè decisiua quæstionis.



Ræmissis cōclusionibus supra positis, quibus à capite ad calcem ostensa sunt, quæ tamquā omnino certa quæstionis titulo supponebantur, opus est iam procedere ad discussionem dubij, quod examinandum assumpsimus. Ad hoc autem sit:

Tertia conclusio.

16 Soli Episcopi sūt necessario ad Cōcilia vocandi secundum ius commune. SOli Episcopi sunt per se, ac de iure communi, vocandi ad generalia Concilia tamquam ordinarij iudices voce decisiua gaudentes.

Hæc conclusio est contra primā & tertiā sententia cap. priori relatas. Probatur tamen in primis ex eo, quod vt notarunt Turrecr. *a* & Sanderus, *b* licet plures quàm Apostoli conuenerint Concilio Apostolorum, de quo in actis Apostolorum, *c* soli tamen Apostoli sententiam protulerunt vt Bellar. *d* & Lorinus *e* ostendunt, ex eo quod licet D. Lucas narret cōuenisse Apostolos, & seniores videre de verbo tunc examinando: solos tamen inducit definitiuè loquentes Petrum, & Iacobum: reliquos vero tantum applaudentes sententiæ & decreto illorum. Signum ergo est quod ad solos Episcopos de iure communi pertinet ius in Concilijs dicere diffinitiuamque sententiam proferre: & proinde illi tantum sint iure ad Concilia vocandi, tamquam Conciliorum iudices. a *Li.* 3. *sum c.* 24 b *Lib.* 7. *monar. cap.* 7. c *Actor.* 15. d *Li.* 1. *Conc. ca.* 15. & 16. e *Act.* 15. *nu.* 6.

17 Ad quatuor priora Concilia generalia; soli Episcopi vocati sunt. Secundò probatur ex eo, quòd ad quatuor priora Ecclesia generalia Concilia, soli Episcopi conuocati sunt, & congregati: vt patet ex eo quod in Cōcilio Nicæn. tātum leguntur congregati 318. Episcopi: In Concilio Constantinopolitano I. 150. in Ephesino I. 200. & in Calcedonensi I. 530. vt videre liquet in textu & Glos. *f* cum ergo priora Ecclesiæ generalia Concilia normā Conciliorum protulerint, consequens est, quod si adeò tantum conuocati leguntur Episcopi, solos Episcopos necessario vocandos iri ad generalia Concilia. f *Cap. Canones dist.* 5.

18 Concilia vocātur Synodi Apostolorum. Tertiò probatur ex eo, quod in Concilio Calcedon. Act. 1 sæpe repetuntur hæc verba, *g Synodus Episcoporum est, non clericorum, superfluos foras mittite*, quod verbum iactatum legimus contra quosdam Episcopos, qui ex Ægypto venerant; g *Conc. Calc. decis.* 1.

nerant, & instabant, quod in cœtu Concilij reciperentur. Et in octaua Synodo generali *h* dicitur solos Antistites debere conuenire in Concilijs.

h Act.17.

Quartò probatur sic: Illi soli veniunt iure communi vocandi ad aliquem 19
Senatum, vel cœtum de bono reipublicæ agentem, quibus ex officio conuenit res talis reipublicæ gerere, & vtiliter administrare: sed Concilia generalia sunt conuentus congregati pro bono & vtili vniuersalis Ecclesiæ: iuxta superiùs dicta, *i* ergo ad illa tantùm iure vocandi veniunt illi, quibus vniuersalis Ecclesiæ cura demandata est: sed isti tantùm sunt Episcopi, vt patet ex testimonio Pauli, *k* quod ad finem 2. capitis retuli. Ergo.

Qui debeant ad senatum vocari.

i Dub. 1. cap. 2.

K Vbi sup. cap. 2. in fin.

Quintò probatur sic: Illi soli videntur necessariò vocandi ad Cõcilia, qui 20
ex iuramento tenentur ad Concilia venire, & quibus pœna iuris infligenda est, si absque rationabili causa venire detrectent. Sanè ob id solùm tali Sacramento obstringuntur, & talibus pœnarum minis terrentur, vt cùm opus fuerit Concilij celebrationi necessarij consiliarij, & iudices ad illam non desint. At soli Episcopi sunt, qui iuramento obstringuntur interesse Concilijs, vt patet in capite ego, *l* & illi soli sunt, quibus venire detrectãtibus, vel negligentibus pœna de iure infligitur, iuxta quæ habentur in capite placuit. *m* Ergo illi soli sunt tamquam veri iudices Conciliorum ad Concilia vocandi.

Iuramẽto obstringuntur Episcopi venire ad Concilia

l Extra de iur. iurand.

m D.18. ca. placuit.

21
Confirmatur ex eo, quòd soli Episcopi sunt Pastores Ecclesiæ ex officio: constat autem, quòd per se loquendo ad solos pastores pertinet decernere & deliberare, quænam pascua sunt ouibus permittenda, quæ verò vitanda. Quare (vt notauit August.) vt Apostolus, *n* Apostolos, Prophetas, & Euangelistas quasi inter classes distribuisset? Pastores tamen & Doctores in vnam copulauit: ostendens per hoc ad eosdẽ omninò pertinere munus pascendi & docẽdi. Imò pascere idẽ esse, ac docere, iuxta illud Hierem. *o* *Dabo vobis Pastores secundum cor meum, qui pascant vos scientia & doctrina.* Et rursum idem Paulus ad Titum, & ad Timoth. non alios Episcopos & alios Doctores, sed eundem Episcopũ Doctoremq; præscripsit. Quare iuramento obstringuntur, vt Cõcilijs intersint vocati, quia in Concilijs consultandum est, & decernendum quanã doctrina fideles pascendi & imbuendi sint. Constat autem huiusmodi munus alios ab Episcopis non tangere.

Soli Episcopi ex officio sunt Pastores Ecclesiæ.

n Ephes.4.

o Hiere.3.

CAPVT QVINTVM.

Resp. 1. Argu. primi capitis, & examinatur, vtrùm vniuersi fideles ad vniuersalia Concilia debeant conuocari?

IAM Opus est contraria argumenta diluere, illa vtique, quæ in primo capite proposita sunt. Et primò diluendum est primum: quod intendit vniuersos fideles cuiuscunque dignitatis & sexus necessariò vocandos iri ad vniuersalia Concilia, & quòd soli vniuersali Ecclesiæ concessa est prærogatiua numquam errandi.

Hoc autem argumentum (vt disputationi locus concedatur) fulciri potest 22
tùm ex eo quòd vel ipsum nomen Concilij generalis sibi vendicare videtur quòd ex vniuersis fiat: tum quia vt habet regula iuris in sexto, *Quod omnes tãgit, ab omnibus debet approbari.* Constat autem, & omnes tangere ea, quæ in Cõcilio generali geruntur, & quòd probare non possunt ea quæ in Concilijs decernuntur, nisi qui intersunt Concilijs. Tũ quia cum domus propria, vel proximi ardet, omnes omninò tenentur incẽdio subuenire. Quando ergo erroribus, scandalis, & hæresibus ardet domus propria Ecclesiæ, quid iuris est, vt non omnes teneantur se contra tale incendium opponere, & ad remedium

Arguitur vniuersos fideles ad Concilia generalia vocãdos.

pro-

procurandum congregari? Tū denique, quia vt sanctissimus pariterq; prudentissimus noster legislator Benedictus habet, a *Omnes debent ad Consilium vocari, quia aliquando Deus reuelat iuniori quod melius est.* Et Euangelica voce testatum habemus, *b* quod sæpe grauissima & ardua abscondit Deus à sapientibus, & reuelat paruulis. Vnde per Psalmistam dicitur de Deo quòd *præstat sapientiam paruulis.*

a *In regula c. de adhibendis ad cōcilium fratribus.*
b *Matth. 11.*

23 Ostenditur non omnes fideles ad Concilia generalia vocandos.

Contraria sententia nihilominus citra controuersiam est, & sub discrimine hæresis esse debet. Primò quoniā alias expungenda ac delenda venirent de numero Conciliorū generaliū omnia illa, quæ retro seculis in Ecclesia celebrata sunt: siquidem nec confluit ad illa, nec vocata est, vt confluerct vniuersitas Christianorum: consequens autem impium, & blasphemum est.

Secundò, quia sequeretur ex opposita sententia esse iam impossibilem Concilij verè generalis celebrationem, quia iam impossibile est in vnum locum congregare per totum orbem diffusam Christianorum multitudinem.

24 Promiscuū vulgus gubernationi ineptum.

Tertiò, quoniam etiā admisso totam Ecclesiam Christi in vnum congregari posse, adhuc tamen huiusmodi congregatio non expediret: quia expediens esse non potest indisciplinatum & ineptum vulgus cogere, vt de his, quæ mente non caluit, iudicium ferat: maximè in rebus maximis. Quæ enim tam insipiens, furensve respublica inuenta est, quæ indiscriminatim ab omnibus membris suis cuiuscunque conditionis & ordinis concessionem, atque iudiciū circa res graues requirat? Sanè nulla. Si ergo omnes homines ad maturam consultationem eorum, quæ humana sunt, non expedit compellare, multo minus ad exactam discussionem eorum, quæ supra hominum sunt, videlicet eorum, quæ sunt fidei. Et proinde fidelium vniuersitas non debet ad Concilia vocari, quantumcunque vniuersalia sint.

25 Occurritur probationi.

Quod si re maturius considerata dixeris, hæreticorum sententiam esse intelligendam, non quidem vt sonat copulatiuè pro singulis generum, sed tantum diuisiuè pro singulorum generibus, ita vt faciat hunc sensum, quod ex omni Ecclesiæ hierarchia, ac genere debent interesse aliqui generali Concilio, videlicet aliqui Episcoporum, aliqui Presbyterorum, aliqui virorum, & aliquæ mulierum: sicut quando dicitur omne animal fuisse in arca Noe, quod ex omni animalium conditorum genere aliqua extitere animalia.

26 Occursus obstruitur.

Si igitur hæc dixeris; Contra adhuc est, tum primum inconueniens illatū pro sententiæ nostræ præsidio; videlicet tollenda esse de numero Conciliorum generalium vniuersa antiquiora Concilia, vtpotè non congregata ex singulis Christianorum generibus, sed tantum ex Episcoporum ordine, aut saltim ex magistrorum, aut Presbyterorum statu. Tum, quod huiusmodi distributiua ex omni gente generève collectio, non est in re tota vniuersalis Ecclesia, sed tantum in repræsentatione. Constat autem, quod ad repræsentandam vnam aliquam communitatem quantumuis egregiam & multiplicem, non est opus seligere vnum aliquem ex omni genere talis communitatis, sed tantum ex præstantiori: vt patet in cuiuscunque reipublicæ Senatu & cœtu, ad quos tantum primores viri conueniunt. Propter quod Aristoteles, *c* dixit *Ciuitatem id maximè esse, quod est in ea principale.* Et proinde constabit quod ad repræsentandam vniuersalem Ecclesiam non opus est, collectione distributiua aliquorum per singulos status, sed per excellentiorem, videlicet Episcopalem: sicut ad repræsentandum regnum aliquod quantumcumque amplissimum non opus est collectione aliquorum ex omni conditione & ordine, sed tantum ex senatorio, vt patet in Concilijs curialibus, ad quæ tantum Procuratores ciuitatum concurrunt, & conuocantur.

27 Ciuitas est id, quod in ea optimum est.

c *9. Ethic. cap. 9.*

28 Episcopi appellantur Ecclesia.

His adde, quod vel in ipsis literis sacris quilibet Episcopus, vel Pastor, Ecclesia dicitur priuata, & partialis Ecclesia, vt patet ex illo *d Si eos non audierit, dic Ecclesiæ.* Id est, Episcopo, vel Prælato particulari, cui talis rebellis, & inobediens proximè adhæret, & subest, & penes quem est Ecclesiasticæ authori

d *Matth. 18. nu. 7*

tatis

tatis vsus, & cui mox dicitur, *Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo*, vtique Episcopo Diœcesano. Quilibet igitur priuatus Episcopus dicitur sua priuata Ecclesia, & hoc quia (vt notauit Cyprianus e) *Ecclesia est in Episcopo tamquam in capite*. Si ergo Episcopus particularis Ecclesiæ dicitur Ecclesia particularis, quid mirum si omnes Episcopi vniuersalis Ecclesiæ in vnum vocati & congregati possint dici & esse vniuersalis Ecclesia, etiāsi nullus de Ecclesia eis admisceatur. Propter hoc Pius f plenarij Concilij sententiā vocat vniuersalis Ecclesiæ cōsensum, & Athan. g & Euseb. h vocāt couētū Nicenū conuentū totius orbis, quāuis in illo 318. Episcopi nō amplius interfuerint: & Leo I. i vocat decreta Concilij Nicæni decreta totius mundi.

e Lib. 4. epist. 9.

f Epist. 1. ad August. l. 1. de bapt. contra Donatistas cap. 18.

g Epist. de gestis Conc. Aliminensis.

h Lib. 3. de vita Constantini.

i Epist. 24. ad Theodos.

Quilibet priuatus Episcop' dicitur sua priuata Ecclesia.

30 Ex ijs patet ad primū & potissimū argumentum huius capitis; ex quo enim Conciliū vniuersale repræsentat vniuersalē Ecclesiam, etiamsi tantum constet ex hierarchia Episcoporū, conuincitur, quòd etiā gaudet prærogatiua vniuersalis Ecclesiæ quātū ad hoc quod est non posse errare in diffinitionibus fidei & morū, sed de hoc inferius suo loco differēdū est; est enim intractatu isto ex professo examinādū, vtrū generalia Cōcilia in decretis suis possint errare?

Resp. 1. arg. 1. c. Cōciliū generale vniuersalē Ecclesiā repræsentare.

31 Interim tamen subijciēdum est, prærogatiuā infallibiliter definiendi res fidei & morum in vniuersali Ecclesia, aut nullam esse, quod nefas: aut esse inditam Concilio vniuersali: quoniam vniuersalis Ecclesia neque ad certū locum, neq; ad certam diem cogi potest, præterquam ad diem iudicij. Quare prærogatiua infallibiliter definiēdi, quando tota simul conuenerit, est prærogatiua illusoria de subiecto non supponente: & ideò priuilegium istud si modò priuilegium est, intelligendum erit de Ecclesia vniuersali non quidē in essendo, sed in repræsentando, vt repræsentatur per vniuersalia Concilia.

Prærogatiua infallibiliter definiendi conuenit Conciliis, vt Ecclesiæ, & pro illa

32 Ad secundū patet etiam ex dictis: Concilium enim Episcoporum dicitur vniuersalis Ecclesia, non quidem entitatiuè, sed authoritatiuè, & repræsentatiuè, vt cœtus Salmantinorum dicitur Salmantina Academia.

Resp. 2. arg. 1. c. & ostēditur quomodo cōcilia sint vniuersalis Ecclesia.

33 Ad tertiū resp. regulam illam intelligendam esse cū grano salis, ita nimirum, vt *quod omnes tangit approbandum, ab omnibus illis approbetur*. Quod tamē ita fit in Concilijs, nam tangit Episcopos approbare res fidei & morum, & ita tenentur approbare illas: reliquos vero non ita tangit, & ideò non ita tenentur cōuenire ad talē approbationē. Alio sensu regula illa fallit omnino, alias vniuersi ægroti suffragium decisiuum haberent in sui curatione, & quælibet infima plebs in vectigalium atq; tributorum Regalium recenti impositione: & denique omnes ciues in politicarum atque ciuilium legū conditione regali, quod tamen falsum est.

Resp. 3. arg. 1. c. & explicatur regula, quod omnes tāgit &c.

34 Ad tertiū resp. quod vniuersi fideles tenentur meliori modo quo possint Ecclesiæ necessitati succurrere: cæterum non vt consiliarij, aut iudices examinando & diffiniendo, quoniam vtrumque hoc supra illos est, sed vt priuatæ personæ petendo, clamando, orando, eleemosynasq; dilargiendo, ac similia præstando, quæ vice gurgitum sunt contra peccatorum & vitiorum conflagrationem pariter & errores: sicut non propterea quod membrum alicuius corporis ægrotat, reliqua quantumcumque illi coniuncta illicò debent medicorum exercere officium, sed satis est quod possibilem sibi, atque ægroto membro conuenientem opem ferant: medicandi verò curam peritioribus membris relinquant.

Resp. 3. arg. 1. ca. & ostēditur quomodo omnes fideles debeāt succurrere vniuersalis Ecclesiæ

35 Ad vltimū resp. quod licèt aliquādo iuniori reuelet Deus quod melius est, vt reuelauit Danieli, quando cōtra falsos illos atq; fallaces Presbyteros Susanæ inuasores atq; calūniatores iudicium protulit: propter quod scriptum est, k *Si iuniori reuelatum fuerit, senior taceat*: non propterea expedit vniuersorū placita mendicare: nam esset ineptum importunum atq; interminabile opus, sed tantum illorum, qui de cœtu illo ac congregatione sunt, vt sunt monachi intra sui Monasterij septa, & iudices fori Regij. Sanè vt in foro Regio sæpè omnes magistratus & iudices, alias per diuersas aulas distributi, confluere solent in vnam de mandato Principis, vt sic causam aliquam grauioris notæ melius discutiant, veriusq; ac iustius diffiniant, quia quod seniores non vident, forte iuniores videbunt: ita Sanctissimus Præceptor noster iussit

k 1. Cor. 14.

R. vlt. argu. 1. ca. & ostēditur qui sunt ad Consilia vocādi.

iussit cap. 3. regulæ, omnes Monasterij Monachos ad Concilium vocari, non quidem semper & pro semper, sed quoties aliqua præcipua agenda sunt in Monasterio. Ex hoc tantum sequitur ad Concilia generalia vocandos iri omnes qui iure istarum congregationum membra sunt, vt sunt omnes Episcopi: non tamen infertur, quod alij ab Episcopis debeant necessario ad tales conuentus vocari; vt non vocantur ad Concilia Monasteriorum alij à Monachis.

CAPVT SEXTVM.

Resp. 2. argum. primi capitis & discutitur, vtrum soli Episcopi sancti ad generalia Concilia veniant vocandi.

36 Arg. 1. solum Episcopos Sanctos ad Concilia vocandos.

SEcundum argumentum mittit nos in discusionem illius difficultatis; An Conciliorum Consiliarij & iudices debeant vera sanctitate pollere? Brētius enim ibidem citatus Bucerusque apud Cano, *a* parti affirmatiuæ adhærent, asserentes solum electos Dei, & Sanctos posse fieri membra Conciliorum. Ratio autē potissima illorum est, quia cum Ecclesia sit sancta & electa, non habens maculam neque rugam, nō possunt esse membra Ecclesiæ, qui sancti & electi non sunt, & proinde nec membra Conciliorum, quia Concilium est Ecclesia ipsa. Idem propter idem asserunt Confessionistæ, & Caluinistæ apud Bellarm. *b*

a *De locis l. 5. c. 12.*

b *Vbi sup. ca. 15.*

37 Arg. 2. ad idem.

Est & alia ratio Brentij ad idē apud Cardinalē Osiū, videlicet, solos iustos & Sāctos interpretari posse scripturas, *c* quia vt inquit Paulus: *d Sapiētiā loquimur inter perfectos; sapientiā autē non huius seculi, nos non spiritū huiusmodi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia quippe sunt illi, spiritalis autē omnia dijudicat.* Cūergo qui Cōcilio intersunt tāquā diffinitores & iudices res omnes definire habeant per scripturæ elogia, consequens est, quod illi tantum, possint iudicum officium exercere, qui perfecti sunt, & Spiritu Sancto pleni & integri.

c *Li. 3. de autho. scripturæ.*

d *1. Corin. 2.*

e *2. Corin. 3.*

38 Arg. 3. solos Episcopos Sāctos vocādos ad Cōcilia.

His possumus nos adiungere. *f Probata vita corripit insipientes: in maleuolam enim animam non introibit sapientia, neq; habitabit in corpore subdito peccatis:* & illud eiusdem, *g Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum, & corripietur à superueniente iniquitate.* Idest, tàm longe abest diuinus spiritus ab iniquis, & peccatoribus, quā à deceptoribus & scienter fallentibus. Cum ergo sapientia, *h* in Concilijs habitet, idest, vbi recta Consilia sunt, consequens est, quod ad Concilij legitimationem sit sapientia vera requisita, & proinde vera iustitia: siquidem iniquitas remouens veram iustitiam, remouet etiam spiritum veritatis.

f *Sapien. 1. n. 3*

g *Ibid. num. 4.*

h *Prou. 8. num. 12*

39 Ostenditur de fide pars negatiua

Sententiam nihilominus istam tamquam catholicæ fidei, rectæque rationi aduersam, catholici omnes reijciunt. Primo quia (vt arguit Cano *i*) si in Ecclesia ad Synodū non deberent cogi, nisi filij Dei, tunc inquirendum esset, an ipsi filij Dei vltro conuenire deberent, atque ex motu proprio antecedenter ad omnem extrinsecam motionem, & vocationem, ad huiusmodi Synodum; vel non sed potius vocati sub nomine eius, qui ad talem vocationem vim coerciuam haberet, quisquis ille esset siue Pontifex, siue Imperator, siue quilibet alius. Si primum sequeretur, quod quisquis de seipso, atq; de sua sanctitate iudicium proferret, & quod suæ bonitatis, & probatæ vitæ fretus opinione in Concilium sese ingereret: cum tamen scriptum sit, *K Nemo scit vtrum odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futuram reseruantur incerta.* Et ipse Paulus de se dixit *l Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui enim me iudicat Dominus est.* Sed esto, quod de se ipso quisque coniecturam, vel scientiam habeat, vnde (rogo) sciet, aut scire poterit omnes in Concilio cōgregatos

i *De Locis l. 5. c. 12.*

K *Eccl. 9. 1.*

l *1. Cor. 44.*

gatos iustos & Sanctos esse, vt sic deferat iudicio & suffragio illorum, tamquam sententiæ legitimorum iudicum? Si secundum, iterum rogo, quis nam ille sit, qui veros & legitimos filios Dei internoscat, vt istos potius quàm alios, qui sanctitatem, virtutem & probationem simulant ad Concilium conuocet, tamquam legitima Concilij membra? sanè nullus: & proinde sententia ista, non solùm vllius ponderis, sed neque vllius mentis, aut momenti est, sed omnino futilis, & chimærica.

40 Iterum ostenditur pars negatiua. Deinde vt Osius vbi supra argumentatur, si Conciliorũ iudices in te graui deberent sanctitate præstare, vix vnum posset assignari Concilium, quod vndequaq; in Ecclesia legitimũ foret. Nã si inter eos, quos ipse Christus instruxit, & legit & docuit vnus tandem diabolus fuit, vtique Iudas, proditor: qua ratione addicere poterit quo minus, vt vbi tàm frequens est Episcoporum & Sacerdotum cœtus, vt in omnibus Concilijs est, aliquot reperiantur iniusti & peccatores? Sed esto, quod qui conuenerunt in omnibus Ecclesiæ Concilijs iusti ac sancti extiterint, vnde id nobis poterit constare (vt communi dubio procul) existimemus omnia Ecclesia Concilia legitimis constitisse iudicibus vt sic illa tamquam Cõcilia legitima veneremur. Tam anceps ergo & perplexa manebit fides de Conciliorum authoritate & legalitate, quàm manet de congregatorum omnium sanctitate & veritate: & sic fere nullum Conciliũ habebit apud nos irrefragabilem authoritatem, quod etiam apud ipsos hæreticos blasphemum est.

41 R. arg. 1 partis affirmatiuæ huius capitis num. 36. Neque aduersariorum nodi vindice digni sunt: primus enim laxatus est in tractatu de Ecclesia à dubio 7. vsque ad 10. vbi ostensum est, sceleratos etiam quosque verè ad Ecclesiam Dei pertinere tamquam membra illius, dummodo fide destituti non sint. Ex quo sequitur, quòd ex hoc pede non claudicant Catholici Episcopi quo minus fieri possint de Concilijs Ecclesiæ, etiam si per gratiam & charitatem non sint filij Dei.

42 Resp. argu. 2. nu. 37. Secundus etiam nodus strictus nõ est, quia (vt notauit vbi sup. Osius) Paulus in illis testimonijs loquebatur de Iudæis & gentilibus, non autem de malis Christianis, qui fidem & professionem habent piorum, vitam autem impiorum, ita sanè; vt videntur veluti ex Ethnico & Christiano cõflati, quia meliora vident, probantque sed deteriora sequuntur. Propter quos iudicium veniet mundum, quia cum recta crediderint, non tamen recta præ siterũt: qui enim non credit iam iudicatus est.

43 Resp. 3. arg. nu. 38. & explicatur quotuplex sit sapiẽtia Christiana. Tertium autem nodum, quem nos obstrinximus, vt soluatur scire oportet, duplicem esse sapientiam Christianorum, alteram Sanctorum, alteram Doctorum. Illa est de qua scriptum habemus, m *Sapientia vincit malitiam*: & in Psal. n & Prouer. *Initium sapientiæ timor Domini*: & consistit (vt notauit Bernardus) in hoc quòd est declinare à malo, & facere bonum, hoc est, in virtute practica effectrice bonorum, & destructrice malorum. Propter quod Chrysost. inquit, o *Nihil tàm stultos homines facit, sicut malitia, nihil sapientiores reddit, quàm virtus, fons, mater, radix sapientiæ virtus: non secus ac malitia ex stultitia oritur*: & Gregor. Nazianz. p *Sapientia est vita laudabilis apud Deum, pura mens, per quam puri puro iunguntur, & sancti sancto sociantur*. Quibus aptare possumus illud Iuuenalis. q

m Sap. 7. nu. 30.
n Psalm. 109. & Proue. 1.
o Hom. 4. in Ioan. tom. 2.
p In apologio.
q Satyra. 13.

44 Sapiẽtia sanctorũ quæ?

> *Plurima fœlix*
> *Paulatim vitia, atque errores exuit omnes*
> *Prima docens rectum sapientia.*

r Lib. 1. Epist. 1.

Et illud Horatij r

> *Ad summum sapiens vno minor est Ioue diues,*
> *Liber, honoratus, pulcer, Rex denique Regum.*

s In Hecub. 4. 3.

Et denique illud Senecæ. s

> *Istuc est sapere, qui vbicunque opus sit,*
> *Animum possit flectere.*

45 Sapientia Doctorum: quæ? Ista autem, hoc est, sapientia doctorum consistit in speculatiua notitia & cognitione rerum diuinarum: de qua scriptum est, *t Trahitur sapientia de occultis*: & Sapien. *v Ego sapientia habito in consilijs, & eruditis intersum cogitationibus*: & iterum: *In certamine loquellæ illius sapientiæ*. & Ecclesiast. *x Quam speciosa veteranis sapientia*: & denique Iacobi, *y Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo.* De hac etiā loquutus est Plato, cū apud Plutarchū, relatum ab Apulio, z dixit: *Non posse esse perfecte sapientem, qui cæteros ingenio non præstat & artibus, ac prudentia imbutus non est.* t Iob. 58. v Sapien. 8. x Ecclef. 25. y Iacob. 1. z In Plut. dogm.


46 Quo pacto sit ignorans omnis qui peccat: sapiens vero qui recte agit. His positis resp. omnia illa testimonia à nobis inducta & plurima alia, quæ possunt induci, tantùm procedere de sapiētia primo modo sumpta: eo quod ex hoc ipso quod omnis peccans ignorans est, consequens fit, vt grauiter & turpiter peccans, grauiter & turpiter sit ignorans, atq; adeò insanus & insipiens, non autem sapiens & prudens sapientia sanctorum. Propter quod orabat Dauid, *a Deduc me Domine in via tua, vt ingrediar in veritate tua*: sciens veritatem Sanctorum à recto Dei tramite non posse recedere: & ideò ob rem istam dixit, *Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui*: & iterum, *Quia testimonia tua meditatio mea est.* Loquebatur autem de scientia Sanctorum, quæ veritatis viam demonstrat, & velut indice prodit, & progredi facit. Resp. igitur omnia illa testimonia procedere de sapientia primo modo, non autem secūdo modo sumpta: quia licet vitæ probitas, aut integritas multum conducat ad sapientiam doctorum, adeò vt scriptum sit: *b Anima viri sancti annunciat aliquando vera, quam septem circum spectores sedentes in excelso.* Non tamen rectè docendi, & consulendi est integra ratio, siquidem Scribis & Pharisæis sedentibus super cathedram Moysi, imò quia super cathedram Moysi sedebant, adstitit Deus, ita vt quamuis iniqua agerent, sanam tamen doctrinam docerent: iuxta illud Christi Domini, *c Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis seruate, & facite: secundum autem opera illorum nolite facere.* Vnde August. obseruat. *d Illa enim cathedra non illorum sed Moysi, cogebat eos bona docere, etiam non bona facientes. Agebant sua in vita sua: docere autem sua cathedra illos non permittebat aliena.* Constat autem non esse amplius deferendum doctoribus Synagogæ, quàm Ecclesiæ, sed potius è contra propter potiores & illustriores promissiones, quas habent à Christo seruatore: & proinde constabit quòd si cathedra Moysi cogebat eos, qui nō bona faciebant, bona tamen, & vera docere, multo melius cathedra Christi, coget malos operarios esse bonos & egregios Doctores. a Psalm. 85. v. 11. b Ecclef. 37. c Matth. 23. d Lib. 4. de doct. Christiana c. 27. e Sup. 2. ad Rom.

47 Vitæ probitas plurimū ad sapiētiā iuuat.

48 Aliud dicere, aliud docere sanam doctrinam. Propter quod monuit Chrysost. e super illud Pauli: *Loquere sanam doctrinā.* aliud esse loqui sanam doctrinam, aliud autem docere consona sanæ doctrinæ: quia in altero simplex tantum institutio est, in altero vero cum eo quod docetur vitæ accommodatio. Et alibi f distinguit aliquos docentes benè, & male operantes, vt relati Scribæ & Pharisæi: alios autem è contra, benè operantes, non autem benè docentes, vt Heli summus Sacerdos. Quare compertum est vnum sine alio re ipsa inueniri posse, & sanam doctrinam posse accipi ab eo, qui non gerit sanam ac salubrem vitam. f Ubi sup. Marc. 2.

CAPVT SEPTIMVM.

Resp. 6. arg. primi capitis, & examinatur vtrū eruditi omnes fideles, etiam laici, necessario veniant tamquam iudices ad Concilia vocandi?



Ertiū argumentū est, vt examinemus, ān eruditi omnes tā clerici, quàm laici necessario vocandi sint tāquā iudices ad Cōcilia. In quo dubio affirmatiuā partem tuentur hæretici relati in eodem tertio argumento propter coniecturas aliquot, quas ipse hic subiungere non grauabor. Ita enim habent.

49 In primis enim a legimus, quòd non tantum Apostoli, verum etiam Actor. 15.

etiam seniores Concilio interfuerint & Concilij decreta firmauerint. Etenim eo loci ita habetur, *b Conuocauerunt Apostoli, & seniores videre de verbo hoc*:& iterum, *c Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis*, id est non solùm Prælatis, sed etiam Presbyteris & Magistratibus placuit eligere viros. Nomine autem seniorum vel sunt intelligendi Presbyteri, vel potius laici magistratus: vt colligi videtur: tûm ex illo, *d Accesserunt Sacerdotes & seniores ad Iesum dicentes, in qua potestate hoc facis?* Tum ex illo eiusdem: *e Ecce Iudas, & cum eo turba multa missa à Principibus Sacerdotum & senioribus populi*. Id est, à magistratibus Ecclesiasticis & secularibus. Cum ergo Apostolorum Concilium norma reliquorum fuerit, consequens est, quod si in illo omnes extitere Primates, etiam laici, quod etiam in alijs Concilijs interuenire debeant, vt suffragium decisiuum habeant.

Arg. 1. omnes eruditos fideles, esse legitimos Cō cilia iudices.

b *Ibi num. 6.*
c *Ibi num. 22.*
d *Matth. 21. n. 6*
e *Idem c. 6. n. 42*

50 Deinde habetur, *f* quod in Concilio celebrato Romæ, tempore Leonis Papæ interuenit totus clerus & populus Romanus, constituendo, confirmando, & corroborando simul cum Apostolica authoritate, quæ inibi decreta sunt. Quare ergo omnes periti Ecclesiæ Romanæ non eodem modo interueniant, reliquis eiusdem generalibus Concilijs?

Arg. 2. Omnes eruditos fideles esse legitimos ad Concilia iudices.

f *Causa 63. cap. synod.*

Tertiò refertur *g* à Gratiano nostro elogium Nicolai I. epistola ad Michaelem Imperatorem, in quo Pontifex ingenuè fatetur ad vniuersos Christianos etiam laicos pertinere interesse Concilijs vniuersalibus, in quibus de rebus fidei agendum est. Quod elogium saltim veniet intelligendum de vniuersis catholicis, etiam laicis, dummodo periti sint, ne cum expugnatis cap. 5. introducamus in Concilijs ineptam & ineruditam vulgi & plebis multiplicationem. Si autem hoc sponte sua concedit Pontifex, quid mirum, si concedatur ab omnibus Christianæ plebis.

51 Arg. 3. ad idem.

g *d. 96. cap. vtinā*

Quartò in Concilio Nicæno multi fuerunt præter Episcopos, tàm Sacerdotes, quàm laici, docti & eloquentes, iuxta quæ habet Nicephorus. *h* Item in Concilijs Pisano, Constantien. & Basilien. admittebātur promiscuè & indifferenter non solùm Episcopi, sed Abbates, atque etiam magistri, doctores, Licentiati, & etiam Baccalarij, imo & ipsi causarum procuratores, ac denique, quotquot interesse volebant, vt constat ex illorum actis: ergo signum est, quòd tam Sacerdotes, quàm laici dummodo sint eruditi, admitti in Concilijs debeant.

52 Arg. 4. Omnes eruditos fideles esse legitimos ad Concilia indices.

h *Lib. 8. cap. 14.*

Quinto Moyses mere laicus fuit: siquidē tantum Aaron & filij eius in Sacerdotale munus assumpti sunt: *i* & tamen loquebatur Dominus filijs Israel per Moysen, & medio magisterio illius ducebat, ac docebat eos: ergo merè laici dummodo docti & eruditi sint, possunt assumi in magisterium Ecclesiasticum.

53 Arg. 5. ad idem.

i *Exod. 19.*

Sexto Abbatis nostri Panormitani *k* elogium circumfertur, quòd vnius priuati sententia præponenda est sententiæ Summi Pontificis, si priuatus ille moueatur melioribus authoritatibus vtriusq; testamenti: sed iste potest esse laicus; ergo laici sententiæ merito deferendum est inter reliquas vniuersorum Prælatorum sententias, & proinde mere laicus iudicium ferre poterit in actis Conciliorum.

54 Arg. 6. ad idem.

K *In cap. significasti de elect.*

His fauet Gerson, *l* dum inquit, *Quemcumque hominem posse, & debere toti Cōcilio resistere, si videat illud ex malitia, vel ignorantia errare.* Sed nomine cuiuscunque hominis docti, tàm venit intelligendus laicus, quàm Episcopus, si modò fulget doctrina: ergo tàm laicus, quàm Episcopus gaudere poterit voce decisiua in Concilijs.

55 Arg. 7. ad idem.

l *1. p. de exam. Doct.*

Septimo. Ratio propter quam Episcopi necessario vocantur ad Concilia, vt Consiliarij & iudices, ea est, quia scilicet doctiores & eruditiores reputātur: si enim omnino ignari haberentur, ad quid (rogo) vocandi venirent? cū res in Concilio gerenda tota sit literaria. At contingit merè laicos Doctores atque eruditiores ipsis Episcopis esse: ergo ad rem literariam potiori iure debent quàm Episcopi minus literati vocari.

56 Arg. 8. ad idem.

Denique

Arg. vlt. omnes eruditos fideles esse legitimos ad Cócilia iudices.

57 Deniq; sepissimê coram populo tamquam coram iudice res fidei disputatæ definitæque sunt: ergo possunt seculares laici Cõsilijs interesse tãquã iudices. Antecedens multis contendit probare apud Bellarm. *m* hæreticus quidam nomine Hamelmanus, sed præcipuê ex eo, quôd sic disputarunt Petrus & Simon Magus apud Clem. Rom. *n* Archelaus Episcopus, apud Epiphanium, *o* Syluester Papa, & Iudæi apud Zonoram in vita Constantini, Athanasius & Arrius apud Vigilium Episcopum Tridentinum, August. & Maximus. *p* Quod autem hoc fuerit coram populo tamquam coram iudice vel illud Ambr. conuincere videtur *q Causam fidei in Ecclesia agendam quis abnuat? siquis cõfidit huc veniat.* Et rursum. *Iste populus iudicat cuius in corde lex diuina est non humana, lex non atramento scripta, sed spiritu Dei viui.* Et iterum infra. *Sed Auxentius* (inquit) *certus non ignarus vos esse fidei vestræ refugit examen.* Ecce qualiter Ambr. commendat, & prædicat fidelem populum tamquam iudicem controuersiarum fidei propter diuinam legem, quam corde profitetur.

Asseritur nullũ laicũ aut clericũ particularẽ quãtũcunq; eruditũ, necessario ad cõcil. vocãdum.

58 Dicendum nihilominus est, nullum omnino laicum, imô neque clericum particularem esse per se, ac de iure necessario ad Concilia vocandum tamquam Conciliorum iudicem & diffinitorem.

Priorem partem huius assertionis vtique illam, qua laicos à Concilijs excludimus tamquam definitores & terminatores, ostendunt in primis sacræ literæ, dum numquam ad seculare, sed ad sacerdotale magisterium, dumtaxat pro instructione, & institutione animarum recurrere mandant. Sanè in Exod. *r* prohibetur populus ascendere ad Dominum in montem, & præcipitur: quôd soli Principes illorum, scilicet Moyses & Aaron ascendant, vt postea descẽdentes narrent populo. In Deuter. *s* statutũ legimus, vt si quid ambiguum, aut difficile emergeret, venirent omnes ad Sacerdotes Leuitici generis In Numer. dixit Dominus ad Moysen, *t Si quid agendũ erit, Eleazar Sacerdos consulet Dominum, ad verbum eius ingredietur & egredietur Iosue, & omnes filij Israel cum eo.* In Malach. *v Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirũt ex ore eius.* In Aggeo. *x Interroga Sacerdotes legem* Hier. *y Dabo vobis pastores, qui pascant vos scientia & doctrina.* Matth. *z Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi:* & iterum, *a Euntes docete omnes gentes.* Luc. *b Qui vos audit, me audit.* Constat autem sermonem hunc esse cum Apostolis, & proinde cum Apostolorum successoribus, qui non sunt laici, sed Episcopi.

59 Ostenditur primo id de laicis ex sacris literis.

Deinde perpetua traditio Ecclesiæ hanc eamdem partem ostendit: etenim neque in Concilijs Apostolorum, neque in Concilio primo Niceno, neque in alijs sequentibus, & similibus, testatum habemus, aut legimus, quod laicorum aliquis sententiam diffinitiuam protulerit, vel etiam interloquutorias, sed omnino inuenimus solos Prælatos, & Episcopos huiusmodi munus præstitisse, quinimo in Concilio III. Constantien. *c* ex generalibus sexto, scriptum & testatum habemus non oportere laicum publicè disputare aut docere sed aurem tantum docenti aperire. Constat autem, quod in Concilijs decisiuum habere suffragium, quid amplius est, quam præbere aurem docenti. Est enim publicè definiendo docere. Et in eadem sexta Synodo generali, *d* cauetur ne laici chorum clericorum ingrediantur, & in Concilio Lateranens. *e* sub Martino I. prohibetur laicis psallere, aut legere in choro: Quomodo ergo in Concilijs docere, aut definire integrum erit eis? Et in Concilio Turonen. secundo *f* sub Pelagio præcipitur ne laici clericis in Ecclesia admisceantur. Quôd si hoc ad audiendum sacra quid ad iudicandum de illis? Et in Concilio Cauilonen. *g* apud Buchardũ, *h* ita dicitur, *Quando ea quæ canonica, sunt ventilantur, vel regularia examinantur, neq; aliquos laicos interesse, nisi religiosos, oportet.* Et in octaua Synodo generali, *i* expressè reijciuntur dicẽtes Concilia non posse congregari absq; secularibus; & additur id esse contra canones, & perpetuã Ecclesiæ consuetudinem, &

60 Ostenditur idem secundo ex traditione Ecclesiæ.

m *De Concilijs cap. 14.*
n *Li. 1. & 2. recog.*
o *Heresi 56.*
p *Li. 1. & 2. contra Max.*
q *Epist. 32.*
r *Exod. 19. à nu. 23.*
s *Deut. 27. n. 8.*
t *Num. 27. nu. 21*
v *Malac. 2.*
x *Aggei 2.*
y *Hierem. 3.*
z *Math. 5. & vlt.*
a *Matth. vlt.*
b *Luc. 10.*
c *Canon. 65.*
d *Can. 69.*
e *d. 92. c. n. liceat*
f *Cap. 3.*
g *Can. 6.*
h *Lib. 15. decretalium cap. 11.*
i *Cap. 17.*

k Cap. 48.
l Epist. 5.
m Epi. ad Mich. Imp. relatam 63 d. cap. vbinam.
n Epi. ad Anas. Imp.
o Epist. 2. ad omnes Episcopos, relata 3 q. 4 c. clericus.
p Epist. ad Theodor. Imp quæ est 9. inter epist. Leonis Papæ.
b Li. 3. de vita Const.
r Li. 1. cap. 2.
s Li. 5. cap. 8.
t Lib. 4. cap. 7.
v Epist. 167. & 168.
x Epist. ad Concilium Ephesin. relata 90. d. cap. Vasatis.
y Lib. 6. c. 3.
z 8. Syn. cap. 10.
a Idem ibi act. 6.
b sexta Synod.
c Pulcheria Augusta.
d Epist. ad Smirnen.
e Epist. ad Demoph. monachũ.
f De præscriptionibus.
g Epist. 34. cõtra Maxen.
h Lib. 3. de Sacer. & hom. 4 de verbis Isaiæ.
i Epist. 48. 166. 167.
K Epist. 4.
l Ad Solit.
m Li. 4 epist. 9.
n Reg. 276.
o Oratione 3. 14. 17.
p Distin. 10.
q Cant. 34.

subiungitur, *Fas nõ esse seculares Principes fieri spectatores rerũ, quæ Sacerdotibus Dei nonnumquam eueniunt.* Constat autem, quòd si Principes penes quos est summa rerum, excluduntur à Concilijs, quia laici, quòd nullus omnino laicus quãtumcumque encomijs insignitus necessario debeat tamquam iudex ad Cõcilium vocari. 62 Neque Principes sunt digni spectatores Sacerdotum.

Deniq; in Concilio Carthaginẽsi K quarto præcipitur, ne laicus præsentibus clericis docere audeat, nisi rogatus ab illis: non ergo in clericorum Concilio necessario venit admittendus laicus voce decisiua munitus.

Et non solùm Concilia ipsa, verum etiam ipsi Pontifices perpetuam istã traditionem confirmant de repellendis laicis à Concilio, & à credendorum definitionibus. Etenim Clemens Romanus, *l* id omnino asserit, & lib. 10. recognitionum dicit se ab Apostolo Petro huiusmodi documentum accepisse. Nicolaus I *m* & Gelasius, *n* consuetudinem istam attestantur & Stephanus I. *o* ita inquit: *Laici quamuis religiosi sint, nulli tamen de Ecclesiasticis facultatibus aliquid respondendi legitur tributa facultas.* 63 Pontifices repellunt laicos à Cõcilijs.

His accedit Flauianus *p* Episcopus Constantinop. qui dixit, laicos Concilijs interesse non debere: quia Concilia Episcoporum sunt, non laicorum.

Ipsi etiam Imperatores à re ista sunt. Constantinus enim Magnus ob Regiã vrbanitatẽ rogatus ab aliquibus, vt in Concilij rebus suum decretũ interponeret, (apud Eusebium, *q* Rufinum, *r* Socratem *s* & Theodoretum *t*) dixit definitiones fidei ad se non pertinere: & de eodem refert August. *v* quòd rogatus ab Episcopis, vt conueniret cum illis, ad corrigenda dogmata quædam, respõdit, sibi fas non esse talia curiosius perscrutari, quia erat in sorte plebis. Theodosius *x* item senior ita dixit: illicitum est eum, qui non sit in ordine sanctissimorum Episcoporum Ecclesiasticis intermisceri contractibus. Similia de Valentino Imp. refert Sozomenus. *y* Basilius præterea Imp. *z* negat ad se, vel ad vllum laicum pertinere Ecclesiastica negotia tractare. & alibi *a* ita dixit: *Primus memet super pauimentum proijcio, purpuram, & diadema parui pendens: in hoc curam gero gloriæ meæ tantùm, vt videam communem vnitatem, & vnam Ecclesiam.* Iustinianus Imp. *b* aliàs tàm literis quã armis vndique strenuus, in sexta Synodo generali palam professus est in causis fidei, & religionis imperiale iudiciũ Sacerdotali submittendum esse. Et denique Pulcheria Augusta, *c* in Epistola quæ extat initio Cõcilij Calcedonen. iussit expelli laicos, & omnes alios præter Episcopos à locis in quibus Concilium celebraretur. 64 Imperatores se ablegant à cõciliorum causis. 65 Religiosa admodum Basilij Imperatoris demissio

Sancti etiam Patres istiusmodi consuetudinis à retro longè seculis testes sunt, præsertim Ignatius: *d* qui inter alia ait, *Nemo præter Episcopum aliquid agat eorum quæ ad Ecclesiam pertinet.* Dionysius Areopag. *e* & Tertulia. *f* qui latè irridẽt hæreticos, qui laicis tribuũt hæc Sacerdotalia munera. Amb. *g* Chrysost. *h* Aug. *i* Cyrilus k & Athanasius, *l* qui refert verba Osij Cordubẽsis epist. ad Constantinum Imp. videlicet, *Nete immisceas Ecclesiasticis, nec nobis in hoc genere precipe; sed à nobis disce.* Cyprianus, *m* Basilius, *n* & denique Nazianz. *o* & refertur cap. suscepistis: *p* cuius verba allata sunt in Cõcilio sexto generali, alias tertio Constantinopol. sub Constãtino Pagonato, *q* præcipuè illa quibus monet Ecclesiasticos esse iuxta ordinationem diuinam linguam docentem, reliquos vero aurem audientem. 66 Imperatrices repellunt à Concilis laicos. 67 Sancti reijciũt laicos ab Ecclesiæ causis.

Denique recta ratio id ostendit, quod licèt ad benè, beateq; Rempublicam administrandam, vnamque in ea viam cum æquitate seruandam opus sit sapientibus, & prudentibus viris: non tamen propterea sapientes omnes, & prudentes ad id muneris assumẽdi sunt, sed aliqui in particulari, penes quos sit politica potestas, & curam moderandi omnia: ita ergo recta ratio dictabit quod licèt ad sapienter & fœliciter Ecclesiã Christi moderandã opus sit sapiẽtibus viris: non tamẽ propterea omnes sapientes, & prudẽtes vocãdi sunt, & vocari debent ad illa comitia & Concilia, in quibus de rebus Ecclesiæ est differen- 68 Ratio ipsa repellit à causis Ecclesiarum laicos.

disserendum & prouidendum, sed illi tantum, quibus Ecclesiæ regimen demã datum est, & ex officio commissum, videlicet Episcopis.

69 Presbyteri particulares non sunt de Concilijs.

Secundã etiam partem eiusdem assertionis, eam scilicet quæ etiam excludit presbyteros particulares à numero eorum qui necessario ad Concilia vocandi sunt, probat sufficiẽter vltima hæc probatio partis antecedentis: siquidem nec ipsis clericis & Presbyteris particularibus Ecclesiæ regimen iniunctum est, & ideô quantacumq; sapientia & sanctitate polleant non sunt necessario tamquam iudices ad Concilia vocandi.

70 Parrochi, & Archidiaconi non pertinẽt ad generalia Concilia.

Sed quid dicemus de parochis, & Archidiaconis, quibus parochiæ, & Archidiaconatus iniuncti sunt pro regimine, & administratione Ecclesiastica? Dicendum cum Turrecremata r parochos, & Archidiaconos habere quidem tale munus, non tamen principaliter sicut Prælati, sed tantum ministerialiter, vtique in quantum sunt Episcoporum opitulatores: quos omnes comprehendit Paulus, s dum distinxit inter gubernationes, quæ pertinent ad Episcopos, & inter opitulationes, quæ pertinent ad parochos, & ad similes coadiutores Episcoporum, vt notauit ibi Glossa. Quare sicut in politica reipublicæ moderatione non habent suffragium decisiuum omnes, qui quomodocumque eius regimini vacant & ministri inferiores sunt magistratuum opitulatores, sed illi tantum, qui ad clauum sedent, & sunt capita ciuitatum; ita in Ecclesia.

r Lib. 3. sum. c. 14

s 1. Corin. 12. n. 18

71 R. arg. num. 49. & explicatur quid sit ly senior

Ad primum argumentum ex contrarijs resp. quod siue nomine seniorum intelligendi veniant eo loci presbyteri, vt vult Hier. siue laici Proceres, & Magistratus politici, vt vult argumentum, circa quod nihil moror: quia senioris nomen id tantũ sibi vendicat, vt venerationis & obseruantiæ dignos viros significet, non tã annorũ, quâm morũ & prudentiæ canicie insignitos, vt notauit Plutarchus, t & melius Anacletus, u quare ly senior idem sonat, quod Hispano sermone señor: adhuc, quia argumenti nulla est, quia neque ibi, neque alibi expressum, aut subindicatum inuenimus, huiusmodi seniores necessario ad Concilia vocatos fuisse tamquam iudices, aut iudicum officium exercuisse: sed potius è contra rem se habere, vt patet ex dictis superius. x

t L. 3. symp. 7.

u Epist. 2. ad Episcopos Italiæ, de qua 85. cap. porro, & d. 21. c. cleros, §. presbyter.

x Cap. 4. in probat. 3. concl.

72 R. arg. n. 50. de Caroli Magni assumptione ad imperium.

Ad secundum resp. similiter: vt enim notarunt Turrecremata & Azor. Pontifex non congregauit Romanum populum ad aliquas res fidei, & morum definiendas, sed tantum ad constituendum Carolum Magnum patriciũ, & Imp. Rom. vt tamen hoc fieret solemnius, & cum omnium plausu omnes voluit adesse, vt ipsis præsentibus, & gratũ habentibus, daretur Regi Carolo patritiatus dignitas.

73 R. arg. num. 51. quod licèt fides pertineat ad omnes, nõ tamẽ directio fidei.

Ad tertium resp. Pontificem non dixisse, quod laicis interesset adesse Concilijs, in quibus res fidei tractantur, sed tantum Imperatores aliquos interfuisse Concilijs, in quibus de rebus fidei tractatum est, sub prætextu quod res fidei illos tangerent: cùm tamen non solùm illos, sed etiam vniuersos Catholicos tangant. Ex hoc autem non sequitur, quod vel ipsi Imperatores interuenire possint, aut interesse Concilijs, magis quâm reliqui orthodoxi: & facit ad hoc verbum quoddam quod subiunxit Pontifex: dixit enim quod aliqui ex Imperatoribus aliquibus fortè interfuere Concilijs, idquè illis licitum fuisse prætextu quod causæ communes in Concilijs discutiebantur, vtique res Catholicæ fidei. Fides igitur pertinet ad vniuersos orthodoxos passiuè non tamen actiuè, & directiuè, quia licet omnis teneantur habere illam, non tamen omnium est examinare, quænam sit vera fides, sed tantum Episcoporum, sicut leges politicæ communes sunt omni populo, non quidem actiuè & directiuè, quia sic tantum pertinent ad magistratus, sed passiuè quantum ad obedientiam & executionem illarum.

34 Ad quartum resp. nos hactenus non negasse Presbyteris particularibus

& laicis omnem in Concilijs præsentiam, sed necessariam, & de iure, qualis est præsentia iudicum, & prælatorum. Cōstat enim, quòd tàm in Cōcilijs quarto argumento relatis, quàm etiam in alijs, vtique in illo Cartaginen. (de quo in operibus Cypriani) & in Maguntiaco (celebrato anno 813.) non solùm Presbyteri, sed etiam Diaconi & laici interfuerunt cum Episcopis: non tamen constat, neque alicubi legitur, vel auditur; alios ab Episcopis in huiusmodi Concilijs decisiuam habuisse vocem.

R. esp. ar gu.4.nu. 52. particulares Præsbiteros non necessario ad cō cilia vocandos.

Quod si inquiras ad quid isti Concilijs assidebant, si tamen in Concilijs nō iudicabant? Resp. 1. quod assidebant ad examinandas res fidei, & morum, hoc est non ad definiendas: sicut causarum patroni, qui aduocati dicuntur, assident in foro Regio & Ecclesiastico, discussioni illarum, non tamē definitioni quoniam hæc supremis manet reseruata iudicibus. Resp. 2. quod fortè interfuerunt, vt aliquas causas sibi concernentes dirimerent, sicut quando in Concilio Magunt. nuper citato refertur, quod cū cōuenissent in eo Episcopi, Presbyteri, & laici, in prima turma consederunt Episcopi tractantes tantùm Euangelium, Epistolas, & acta Apostolorum, canones, & sancta dogmata, diligenti studio perquirentes. In secunda turma consederunt Abbates, ac probati monachi regulā S.P.N. Benedicti legentes, ac tractantes qualiter monachorum vitam ad meliorem statum perducerent. In tertia denique Comites, & iudices in mūdanis legibus decertantes vulgi iustitiam perquirentes, & omnium causas examinantes & terminantes. Ecce qualiter singuli singularia quæque sibi cohærentia tractabant & definiebant, non tamen promiscuè omnes omnibus sese inserebant.

75 Aliquando ad Cōcilia vocari particulares Presbiteri: & ad quid?

76 R. arg. 5. num. 53. Moysem Sacerdotē fuisse.

x Psalm. 98. v. 7.

Ad quintum resp. cum Genebrardo x videlicèt, quòd Moyses, non quidem laicus, sed verus sacerdos extitit: vt testatum reliquerunt, non solū Dionysius Areopag. Hieron. August. Gregorius Nazianz. Leo Magnus, & alij sancti Patres, sed etiam ipsi Rabbini, præsertim Rabbi Ionatham, Rab. Ioluac, Rab. Iosue, & Rab. Berechia: & id constat expresse ex illis verbis y *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius*, id est Moyses, & Aarō sacerdotes eius. Est enim Hebraismus, reddens prædictum sensum; vt quādo immediatè subiungitur: *Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.* Imò addit Genebrardus, non tàm fuisse sacerdotem, sed primum legis sacerdotem, vt potè consecratum septem diebus antequam frater illius Aaron. Quinimò, subiungit fuisse summum Sacerdotem, vtpotè qui consecrauit Aaron, & filios eius, vt sacerdotio fungerentur Domino, z propter quod Aben Ezra vocauit illum Sacerdotem Sacerdotum: & Philo Iudæus a dissertissimus absoluens libros, quos de Moyse scripsit, ita concludit: *Hæc fuit vita Mosis Regis, Legislatoris, Vatis, & Pontificis, sicut sacris literis proditur.* Vnde in hoc ab Aaron distinctus, diuersusque inuenitur, quòd Aaron merum, & purum obtinuit Pontificatum, ita deinceps habendū & obtinendum: cùm tamen Moyses, non solùm Pōtifex, sed etiam Rex fuerit more maiorum suorum, hoc est, illorum qui temporibus legis naturæ viguerunt, quando primogeniti Regno simul, & Sacerdotio gaudebant. Et ideò argumētū de Moyse nihil momēti habet pro laicis, sed tantū pro Pōtificibus.

y Psal. 98.

z Exod. 29. & Leuit. 8.

a In fine libri de Moyse.

77 Moyses summus Sacerdos qui Aaronē fratrē eiusque filios consecrauit.

78 R. arg. 6. & 7. n. 54 & 55. Cōcilia acephala erroribʼ esse obnoxia.

Ad sextum resp. elogia illa intelligenda esse, quando veritas discutitur, & examinatur in Concilio, non autem postquam est discussa & definita: nisi fortè Concilium fuerit acephalum aut illegitimum: quia tunc etiam in definitionibus potest errore labi.

Ad septimum resp. probatione vltima, qua priorem partem assertionis huius capitis corroborabimus.

Ad vltimum resp. quod sicut nunc tēporis apud Germanos colloquia miscent catholici cum hæreticis, & disputationes coram omni populo conferūt vt sic inspecto vtriusque partis iure quilibet suis oculis hauriat, quantò iustius Catholicorum sententiæ, quàm hæreticorum deferendum sit: ita & tunc tēporis. & sicut iudicium quod singuli nunc temporis apud se ipsos proferunt non publicum & solemne est sed priuatum & particulare, ita & iudicium quod

79 R. vlt. argum. nu. 56. & explicatur quomodo particulares personæ possint iudicium in Cōcilijs ferre.

quod tūc tēporis adstātes proferebant, & de hoc loquutus est Ambr. ea fultus ratione quod orthodoxorū quilibet, licèt iudicis munere nō gaudet, quātū ad definitionē, gaudet tamen quantū ad particularem approbationem, quia per legem, quam corde retinet, iudicat & internoscit, quinam eorum, qui cōtrouersijs digladiantur, magis, minusve consonat veritati.

CAPVT OCTVVM.

Resp.4. argum. primi capitis & examinatur, vtrum Cardinales habeant in Concilijs vocem decisiuam.

80 Arg. Cardinales, qui non sunt Episcopi, ad Concilia non esse necessario vocādos. QVartum argumentum inquirit, an Cardinales, qui Episcopi non sunt, habeant ius præsentiæ & iudicij in Concilijs generalibus? Et videtur, quod non. Primò quia statutum *a* est solos Episcopos tali iure gaudere. Secundo quia Cardinales tantū habent esse Sūmi Pontificis coadiutores, *b* constat autem ex cap. 7. in probationibus secundæ partis stabilitæ ibi, coadiutores Prælatorum non habere vocem decisiuam, & propterea tàm parochos, quàm diaconos illa carere. Denique quia Cardinales tantum sunt præfecti illis Ecclesijs singularibus quarū titulis insigniuntur: at hoc non sufficit ad tale ius, vt patet in parochis & Archidiaconis.

81 Ostenditur Cardinales iure ad Concilia vocādos. Nihilominus affirmatiuè omnino respōdendum est cum Turrecremata, *c* & Iacobatio, *d* Azor, *e* & cum communi Theologorum & iuris prudentium suffragio. Primo, quoniam Cardinales tamquam Senatores, & consules, atque vrbis Patricij habentur, & euulgantur. *f* Secundo quia habent iurisdictionē Episcopalem in suis titulis. Tertio quia vt Turrecr. ostēdit, *g* nō minus quàm Episcopi Apostolorū loco succedunt: quia sicut Apostoli adstiterunt Christo, adeò vt illis dixerit: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis*. Ita Cardinales assistunt Sūmo Ecclesiæ Pontifici pro in omnibus Ecclesiæ arduis. Quartò quia assistūt illi tāquā particulares assesores Consiliarij, atque cooperatores: iuxta verba Bonifacij VIII. *h* Quintò quia sunt pars corporis Papæ & specialia mēbra illius, & partes, papatus causa. *i* Sexto quia vt dicit Hostiē. *K* & ibi Ioan. And. maior est coniunctio, imò identitatis vnio inter Cardinales & Papam, quàm inter se ipsum & vniuersos alios etiam Episcopos.

82 Cardinalitia dignitas.

83 Notatu digna Cardinalium debita, quibus sunt deuincti. Propter hæc specialissima quædam de Cardinalibus prædicantur, quæ vel nullo modo de alijs, vel saltim non ità propriè, & specialiter afferuntur: videlicet quod non possunt testare sine speciali Papæ licentia, quasi non sint sine Papa integra persona: vt notauit Hostien. *l* & Abbas. *m* Item non præstare iuramentum fidelitatis, quale præstant Episcopi, & omnes superiores Prælati: quia adeò inuiscerati Summo Pontifici habentur, vt Pontificis sustineant personam: iuxta quæ refert Hostien. *n* quod si aliquando Cardinales tali iuramentum præstant, id fit, quia in Episcopos assumuntur, non autem quia Cardinales sunt, aut fiunt, vt patet in capite antiqua de priuilegijs. Rursum Cardinales ægritudine aliqua, aut morbo laborantes non posse sanguinis missionem pati, nisi de licentia speciali Summi Pontificis, vbi commodè potest haberi, iuxta Hostien. *o* imò neque posse sibi ipsis eligere Confessorem sine speciali licentia Papæ, & eorum ordinarium confessorem esse ipsum Papam, iuxta Hostien, *p* & alia notatu digna, quæ ex Hostien. & alij refert Iacob. *q*

84 Discrimen inter Cardinales, & Episcopos. Deniq; Cardinales, non tantū habent respicere vnā, vel alterā diœcesim, vt Episcopi & Archiepiscopi, sed vniuersam Ecclesiā: iuxta doctrinam Gregorij, *r* & ratio est: quia habent consulere, non solū Romanæ, sed etiāvniuersali Ecclesiæ, *s* vt expressè Abbas. *t* Propter quod aptātur Cardinalib' illa verba: *v*

a Concl. 3. c. 4.
b Cap. fundamenta, de election. in 6. & cap. per venerabilem.
c Lib. 3. sum. c. 14
d Li. 1. concil. c. 1
e Tom. 2. li. 5. de 4. precepto. c. 11. dub. 3.
f Cap. Consid. ys d.
g Cap. his quæ de maiorit. & obedient.
h Cap. fundamenta in 6.
i 6. q. 1. §. verum.
K In cap. requisisti, de testamen.
l In sum. de pœnitē tijs, & remission.
m In cap. cum esses de testam.
n In cap. antiqua de priuilegio.
o Cap. Ecclesiæ vestra de cler.
p In vers. cui confitendum in summa de pœnit. & remission.
q Lib. 1. Consiliorum, art. 1. §. item à num. 172.
r Relatum in cap. Decreto 2. q. 6.
s Cap. Bene 2. de postul. Prælat.
t Notabili 6.
v 1. Reg. 2.

Domini enim sunt Cardines terræ, & posuit super eos orbem. Cardinales enim eo dicti sunt, quia sicut ostium intra cardines vertitur, ita Ecclesiæ regimen consilijs Cardinalium. Et reputantur vt Dei munere introducti in Ecclesia, vt portent onera eius, tamquam Summi Pontificis robustissima membra. Item aptari solet illud, x *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij* (id est, Cardinales propter Apostolos) *constitues eos Principes super omnem terram.* De quibus Turrec. y qui etiam adducit ad idem testimonium D. Bernar. z qui de Cardinalibus loquens ad Eugenium III. inquit, *Hi quoque, qui tibi assistunt seniores populi orbis iudices.* Propter quod illustrissimi Cardinales non solùm vocem habent decisiuam, vt Episcopi, (a quæ iura facta sunt in Concilio de consilio fratrum,) sed præferuntur Episcopis, vt videri potest apud Concilium Lateranen. b ibi enim ante Episcopos subscripserunt Cardinales. 85 Cardinalium encomia.

x *Psalm. 44.*
y *Lib sum. Eccl. cap. 80.*
z *De consid.*
a *Cap. ad Apostolicã, de re iudic. in 6. & in Clemen. pastoralis, eod. tit.*
b *Sub Leon. X.*

86 Resp. argum. in contrarium nu. 80.

Ex his patet ad argumenta posita. Ad primum resp. quod sicut propositione illa non exclusimus Archiepiscopos, neque Patriarchas, eo quòd iurisdictione Episcopali gaudent, ita neque Cardinales: siquidem eadem iurisdictione pollent, vel potius ampliori, vel magis vniuersali, tamquam vnum quid, cum ipso Summo Pontifice, & præstantissima membra præstantissimi capitis.

Ad secundum resp. quod sicut, quia Senatores sunt coadiutores Imperatorum, habent ius suffragij in foro Regio; quamuis coadiutores aliorum inferiorum magistratuum tali iure non gaudeant: ita Cardinales, quia coadiutores Summi Pontificis, iure habent ferre suffragia in Concilijs: quamuis tale ius non obtineant inferiorum Prælatorum coadiutores, vtique Parochi & Archidiaconi. Quarè Summus Pontifex se ipsum inter Cardinales enumerat, vt inquit Archidiaconus, c non autem inter alios coadiutores, sicut Imperator ponitur in numero Senatorum, d non autem in numero Prætorum & inferiorum magistratuum: & propterea diuersa omnino est ratio opitulationis, quæ tangit Cardinales, ab ea quæ tangit Parochos & Archidiaconos. 87 Papa inter Cardinales computatur.

c *In cap. Sacrosancta, d. 22.*
d *Codice de dignitat. lib. 12.*

Ad tertium resp. Cardinales potius vniuersali, quàm particulari authoritate pollere, vt patet ex dictis.

CAPVT NONVM.

Resp. 5. argum. primi capitis, & examinatur, vtrum Episcopi titulares habeant ius suffragij in Concilijs.



QVintô arg. implicamur difficultate illa, an Episcopi titulares, siue annulares habeãt ius suffragij in Cõcilijs? Videtur enim quòd sic; primò quia verè sunt Episcopi, ac proinde Apostolorum successores, atque adeô magistri Ecclesiæ, & ex consequenti Doctores, iudices, & diffinitores illius. 88 Arg. Episcopos titulares necessario ad cõcilia vocandos.

Secundô quia Patriarchæ titulares habent tale ius, vt constat de Alexandro Antiocheno, & Hierosolymitano: non autem consecratio Episcopi titularis est minor consecratione Patriarchæ titularis.

Tertiô quia si propter aliquid carerent tali iure, maximè quia carent iurisdictione, sed Episcopi à suis Episcopatibus violenter repulsi, siue per infideles, siue per hæreticos iurisdictione priuantur, & carent, cum tamen tali iure gaudeant: ergo.

Quartô quia iurisdictio requisita ad vocem decisiuam in Concilijs non est illa, quam Episcopi habent circa suas particulares Ecclesias, sed quam accipiunt à Summo Pontifice circa vniuersalem Ecclesiam; Episcopi enim iure suarum Ecclesiarum non habent iurisdictionem circa vniuersalem Ecclesiam

stam: & proinde neque authoritatem definiendi, & discernendi pro vniuersali Ecclesia, nisi accipiant illam à Pastore vniuersalis Ecclesiæ vtique à Summo Pontifice, sed hanc Pontifex ipse tribuit Episcopis titularibus, & ordinarijs: ergo sicut isti, ita & illi habent ius suffragij in Concilijs.

Denique, quia de facto Episcopi titulares vocantur ad Concilia, & in eis, vt reliqui diffinitorum munus exercent.

Arg. Episcopos titulares non necessario ad Concilia vocandos.

89 In contrarium tamen est primo, quòd habere vocem decisiuam in Cōcilijs est opus iurisdictionis: *a* Episcopi autē titulares nullam Episcopalē iurisdictionem habent, iuxta cap. 1. de ordine ab Episcopo, qui renuit Episcopatum.

Secundò, quia totum Concilij Ecclesiastici negotium est opus iurisdictionis: ferre namque sententias soluere, aut ligare iurisdictionis est: si ergo prædicti Episcopi iurisdictione carent, consequens est, vt etiam careant iure decisiuo.

Denique quia officium iudicis exerceri absque iurisdictione non potest: at Episcopi titulares nullam habent iurisdictionem. *b* Ergo non habent vocem in Concilijs.

a Cap. Alexand. 17. d. & cap. canones, dist. 15. & cap. dilectus, de officio ordin. & cap. nimis, de excessu prælatorū.

b Cap. 3. can. 2.

c Lib. 2. Conciliorum, a. 1. numero 72.

d 5. De locis, ca. 2.

Duæ sententiæ extremæ in hac parte.

90 In hoc dubio duæ circumferuntur sententiæ; prima affirmatiua Card. Iacob. *c* simpliciter asserentis, Episcopos titulares habere ius suffragij in Concilijs, propter aliqua argumenta primæ partis, & maximè propter quartum.

Secunda est Magistri Cano, *d* simpliciter negantis, eos pertinere ad Concilia: & probat ex eo quòd Episcopi titulares non sunt necessarij in Ecclesia, & proinde neque in Concilijs.

Media sententia authoris.

91 Sed ego mediam ingero vtriusque conciliatricem; videlicet Episcopos titulares ex rationabili priuilegio fieri Cōciliorū iudices & diffinitores, propter argumenta partis affirmatiuæ: non autem necessario, aut de iure propter argumenta partis negatiuæ.

Res. arg. partis affirmatiuæ, n. 88.

92 Quia tamen vna pars alteri repugnare videtur, oportet vtriusque partis argumenta dissoluere, & in primis ad primum partis affirmatiuæ, prout militat contra negatiuam respondetur, Episcopalem ordinationem & dignitatem præcisa iurisdictione habere quidem idoneitatem, vt ex priuilegio ferat suffragium, non autem condignitatē, vt iure illud præstet, quia tales Episcopi non simpliciter, sed secundum quid sunt Apostolorum successores.

Idem de Patriarchis titularibus, quod de titularibus Episcopis.

93 Ad secundum respondetur, quod si Patriarchæ merè titulares essent etiam ex priuilegio, non autem de iure communi, talia suffragia ferrent: at qui nunc de facto sunt, licet habeāt iurisdictionem impeditam propter infideliū repugnantiam & oppresionem, habent tamen veram iurisdictionem circa fideles, qui in illis regionibus sunt.

Ad tertium respondetur similiter de Episcopis violenter à suis diœcesibus exclusis: de his autem, qui vltro, nec illis renunciauerunt, eadem est ratio, quæ de Episcopis titularibus.

Ad quartum respondetur esse adhuc latum discrimen inter Episcopos ordinarios & titulares: quod illis iure debet Pontifex talem iurisdictionem, quando in Concilijs congregantur, vt debet Rex procuratoribus, quos ciuitates particulares mittūt ad generalia comitia, ius loquendi, & discernendi toti regno vtilia; non autem istis. Sunt enim capaces iurisdictionis Ecclesiastici in quo distinguuntur à merè laicis, non tamen illis debetur talis iurisdictio, in quo distinguuntur ab Episcopis ordinarijs.


Resp. arg. partis negatiuæ de quibus n. 89.

94 Ad vltimum respondetur, quod intersunt Concilijs ex gratia non ex iustitia ad argumenta partis negatiuæ, respondetur primo ad summum probare secundam partem nostræ assertionis. Secundò tantum probare, quod Episcopi accipere debeant saltim ex priuilegio iurisdictionem, vt in Concilio possint iudicare Episcopi, inquam, titularem.

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

Respondetur sexto argumento primi capitis, & examinatur, Vtrùm Abbates habeant ius definiendi in Concilijs.



Atisfaciemus vltimo argumento primi capitis absolutione illus difficultatis, vtrùm Abbates, siue regulares siue seculares, authoritate definiendi in Concilijs polleant? Et idem omnino est de Præpositis Generalibus Ordinum.

95 In hoc dubio Card. Iacob. *a* partem negatiuam tuetur, & refert pro illa Vincentium, Antonium de Butrio. Ioãnem Andr. & Hostien. quorum sententia his potest argumentis muniri.

a Lib. 2. Concilior. c. 2. nu. 38.

Est prima senten tia, quòd Abbates non sint necessariò ad Cõcilia vocandi.

96 In primis enim ante tempora septimæ Synodi generalis nullus Abbatum Concilijs interfuit, imò vrgentibus quibusdam Monachis, vt in Concilio Calcedonen. reciperentur, Episcopi inclamarunt, foras illos esse mittendos: iuxta quæ habentur in actis ipsius Concilij actione prima. Pulcheria autem Augusta iussit illos à loco, in quo Concilium celebrandum erat, amandari, vt constat ex epistola eiusdem ad Concilium Calcedon. quæ est IX. inter epistolas Leonis Papæ.

Arg. 1. pro ista sententia.

97 Secundò Innocentius *b* dicit, quod in Concilijs prouincialibus non sunt necessario vocandi Abbates: ergo multo minus in generalibus, cum sint potioris authoritatis.

b Cap. grauis, de præbendis, & ca. Episcopus non de ... 18.

Arg. 2. ad idem.

98 Tertiò, ita scriptũ est: *c Illicitum est eum, qui non sit in ordine sanctissimorũ Episcoporum Ecclesiasticis misceri tractatibus.* Sed Abbates non sunt in ordine Episcoporum: ergo in Concilijs interuenire non debent.

c Cap. satis eui denter 97. d. in fin.

Arg. 3. ad idem.

99 Denique si Abbates conuenire deberent ad Concilium in immensum protraheretur numerus definitorum Concilij: siquidem ex sola Benedictinorum familia aliquando numerati sunt 37. mille Abbates totidẽ præclarissimis monasterijs vna die præfecti: at non solum confusionem, & disturbationem tanta multitudo in Concilijs pareret, sed etiam res Concilij in magna discrimina adduceret: nam si daretur casus (certe non logicus, sed moralis) in quo omnes Abbates aliter sentirent quàm Episcopi, tota authoritas Synodi deuolueretur ad Abbatum vota, repulsa Episcoporum authoritate: quod tamen maximum inconueniens est, non secus ac repellere à Conciliorum decretis Apostolicam authoritatem, quam Episcopi habent, & exercent.

Arg. demum ad idem.

100 In contrarium tamen est: primò, quod Abbates habent quasi Episcopalem iurisdictionem: vt ex multis cõstat canonibus, *d* constat autem quod iurisdictione Episcopali gaudentes, debent interesse Episcopalibus Concilijs, & decretis, & proinde Concilijs.

Arg. 1. Abbates necessariò ad Cõcilia vocandos.

d In Clemen. 1. cap. de rebus Ecclesiæ non alienãdis, in Glos. in verb. proprij, & in cap. Abbates, de priuilegijs in 6. & in Clem. 1. de rescript. ibi Glos. & in cap. final. de regular. in Glos. apud Iacob. vbi sup. n. 51.

101 Secundò hodie (vt inquit Iacob. *e*) inoleuit consuetudo, quod etiam Abbates, & Generales Ordinũ iurent venire ad Synodũ, iuxta caput ego N. de iureiurando: ergo debent vocari ad Concilia: cõsequentia patet ex dictis suprà cap. 2. ad finem illius. Ibi enim ex simili iuramento extorto ab episcopis intulimus Episcopos debere interesse Concilijs.

e Vbi sup. nu. 52.

Arg. 2. ad idem.

102 Denique in Cæremoniali Romano in rubrica eorũ, qui habent vocem deliberatiuam in Cõcilijs, numerantur Abbates; igitur Abbates habent vocem deliberatiuam in Concilijs, & per consequens iure debent ad Concilia vocari.

Arg. 3. ad idem.

103 In hac controuersia mihi inter Abbates distinguendum videtur. Aut enim sunt Episcopali iurisdictione gaudentes, aut non: si non; certa apparet res negatiua, tam propter argumenta illius, quàm etiam propter dicta suprà cap. 4.

Sententia authoris media sub distinctione Abbatum habentium, aut non habentiũ iurisdictionem Episcopalem.

cap. 4 conclusione tertia. Si sic: certa etiam videtur pars affirmatiua. Tùm propter argumenta illius. Tùm quia Abbates isti (maximè si exempti & Summo Pontifici immediati sunt) verè sunt Pastores & Doctores animarum: & proinde verè ad illos pertinet de ouium suarum pascuis, pastuque diligenter inquerere & tandem deliberare. Quod plenè satis præterquam in Concilijs generalibus fieri non potest. Tùm quia eam tenent grauissimi, & præstantissimi viri videlicet Abbas Panorm. *f* in disputatione quadam, quæ incipit, *Episcopus Dominicus*. Sanctus Antonius Archidiaconus Alexan. Roselus & Butgien. apud Card. Iacob. *g* vbi supra numero 52. & apud Azor. *h* & Thomas Campeg. Episcopus Feltren. *i*

104 Authores, qui suffragātur sententiæ huic.

f In disput. Antonius Archidiaconus.
g Vbi sup. nu. 52.
h Lib. 5. de 4. præcepto, cap. 11. dub. 5.
i Lib. de Concilijs, cap. 7.

105 Quod si obijcias huiusmodi Abbates citra particulare priuilegium nō posse vti insignijs Pontificalibus & per consequens, neq; commisceri ipsis Pōtificibus in potissimis eorum, qualia sunt Concilia generalia: ex priuilegio autem plures Abbates, quàm illi vtuntur insignijs Pontificalibus: vt patet in vniuersis Abbatibus nostræ Congregationis, qui tàm ex recentioribus, quàm ex antiquis Pontificum priuilegijs vti possunt insignijs Pontificalibus in diebus solemnibus. Et proinde non magis illi, quam isti pertinent ad Concilia.

Obijcitur nullos Abbates necessariò ad Concilia vocādos, quia Pontificalium vsus non est illis debitus.

106 Respondetur insignia Pontificalia non esse signa iurisdictionis, vt patet in Episcopis titularibus: & ideo à negatione illorum ad negationem iurisdictionis Episcopalis non valet. Maximè quoniam multi Abbates præsertim seculares gaudent iurisdictione Episcopali, qui tamen vti non possunt insignijs Pontificalibus, etiamsi exempti sint, & Summo immediati Pontifici, vt testis oculatus sum de Abbate Couarruuiensi meo.

Insignia Pontifica ia impertinenter se habēt ad ferēda suffragia in Cōcilijs.

107 Summa igitur dictorum, est solos Episcopos Episcopali iurisdictione gaudentes per se & necessariò, pertinere tanquam iudices & diffinitores ad generalia Concilia: reliquos verò non nisi tantum per accidens, vtique vel quatenus omnino ex priuilegio & gratia, vt Episcopi titulares: vel ex suppositione iurisdictionis Episcopalis ex indulto collatæ, vt Abbates. Quod si alij Ecclesiasticorum vicem iudicum in Concilijs obtinent, id speciali priuilegio, non autem iure communi attribuendum est.

Dubij integra resolutio.

DVBIVM QVARTVM.

Vtrùm omnes ordinarij Episcopi ad Concilia generalia vocandi sint?

SVMMARIVM.

1 *Dubium hoc est præcedentis particula.*
2 *Arg. 1. pro parte affirmatiua quæstionis.*
3 *Arg. 2. ad idem.*
4 *Arg. 3. à parte affirmatiua quæstionis.*
5 *Arg. 4 ad idem.*
6 *Arg. 5. ad idem.*
7 *Arg. 1. à parte negatiua quæstionis.*
8 *Arg. 2. pro parte negatiua quæstionis.*
9 *Arg. 3. à parte negatiua quæstionis.*
10 *Vniuersi Episcopi ordinarij sunt necessariò vocandi Concilio generali.*
11 *Quenam sit conuocatio generalis per se?*
12 *De ratione generalis Concilij non est, vt omnes & singuli Episcopi ordinarij confluant ad illud.*
13 *Conuocatio generalis sufficit ad Concilium generale.*
14 *Quinam ordinarij Episcopi sufficiant*

1 DVbium hoc appendix est, & particula quædam dubij præcedentis. Postquam enim in eo stabiliuimus solos Episcopos ordinarios ad Concilia generalia necessariò vocandos iri: sequitur, vt examinemus, an omnes, & singuli, vel potius aliqui ex eis Concilijs interesse debeant? A cuius parte affirmatiua sequentia argumenta sunt. Dubium hoc est præcedētis particula.

CAPVT PRIMVM.

Argumenta pro parte affirmatiua.



2 IN primis in diffinitione Conciliorum generalium, quam tradit Glossa a habetur Concilium generale esse illud, quod ex omnibus Episcopis constat: ergo de ratione Concilij generalis est, esse vniuersorum Episcoporum congregationem. Arg. 1. pro parte affirmatiua quæstionis.

a Sup. cap. 1. dist. 32.

3 Deinde Concilium Prouinciale est congregatio omnium Episcoporum Prouinciæ. Item Concilia nationalia sunt congregationes & cœtus omnium Episcoporum nationis, vt patet ex diffinitionibus illorum: ergo etiam generale Concilium erit congregatio omnium Episcoporum Ecclesiæ, & proinde ad generalia Concilia omnes ordinarij Episcopi vocari, & congregari debent. Arg. 2. ad idem.

4 Tertiò, Concilia vniuersalia repræsentent vniuersalē Ecclesiā iuxta supra dicta dubio 3. cap. 5. ex August. & Athanasio alijsq; Patribus, quorū sententiā amplexantur Gregorius Magnus, b & Pelag. c Pontifex, & illam confirmant multi ex Theologis d recentioribus: ergo saltim debent continere vniuersos Principes & Primates illius: siquidem Ecclesia vniuersalis non repræsentatur in vno, vel altero Prælato, sed in omnibus simul sumptis. Arg. 3. à parte affirmatiua quæstionis.

b In cap. sicut d. 15.
c In cap. confidimus 12. q. 1.
d Soto in 4. d. 18. q. 1. 4. ad 2. Cast. lib. 1. de iusta hæreticorum punit. cap. 6. Vega in Trid. cap. 5.

5 Quartò, septima Synodus generalis reijcit ab ordine, & gradu Concilij generalis Synodum illam Constantinop. in qua de subuersione imaginum disputatum ac definitum est: quia non habuit Patriarchas: vt constat ex his, quæ habentur act. 6. septimæ Synodi generalis; sed Patriarchæ non magis pertinent ad Concilia, quàm Episcopi, vtpotè quod pari iurisdictione pollent, & pastorali dignitate præfulgent: ergo vt Concilia verè generalia sint oportet adesse in illis vniuersos Episcopos. Arg. 4. ad idem.


6 Deinde, vel requiritur vniuersorum Episcoporum congregatio ad generalia Concilia: vel non. Si primum, habetur intentum. Si secundum, rogo quinam in particulari Episcopi vocandi sint? Non enim apparet quinam potius quā alij ad id muneris vocandi sint: siquidē omnes obtinent Ecclesiasticam iuris- Arg. 5. ad idem.

iurisdictionem ratione cuius habent per se pertinere ad Concilia generalia, maximè quod alias quilibet Episcoporum quamtumuis limitatus atque definitus numerus posset esse sufficiens pro congregatione legitima Concilij generalis, siquidem nec omnes debent interesse illis, neque est determinatus numerus interessentium.

CAPVT SECVNDVM.

Argumenta partis negatiuæ.

Arg. 1. à parte negatiua quæstionis.

7.  Parte autem negatiua huius quæstionis, vel illud in primis est, quod alias nullum Conciliorum Ecclesiæ, præter Apostolica, verè generale fuisset: quia ad nullum conuenisse leguntur omnes omnis orbis Episcopi. Concilio enim Nicæno I. non interuenerunt nisi 318. Episcopi. Et Concilio Constantinop. I. adhuc non interfuerunt nisi 150. Cõstat autem ex historijs, plures tũ temporis fuisse in Ecclesia Episcopos, saltim temporibus Concilij primi Constantinop. siquidem paucis antea diebus confluxerunt ad Concilium Nicænum primum 318.

Arg. 2. pro parte negatiua quæstionis.

8 Deinde ad Concilia celebrata in Oriente rari, aut omnino nulli, ex Occidenti Episcopi confluxerunt; siquidem Concilio Nicæno I. non nisi vnus ex Hispania, alter ex Gallia & alter ex Africa conuenerunt. Secundò autem, & tertiò Concilijs generalibus nullus omnino ex Occidenti Episcopus interfuit: cum tamen omnia illa verè fuerint Concilia generalia. Singulariter autẽ Concilio Calcedon. ex toto Occidente solos legatos Summi Pontificis conuenisse legimus Leonis Papæ, a & in epistola quorundam Episcoporum ad ipsum Concilium: cum tamen Calcedonen. non solùm vt generale, sed vt maximè generale celebretur, vtpotè conflatum ex 530. Episcopis: è contra vero ad Cõcilia generalia Occidentis, v. g. ad Lateranen. sub Innocentio III. ad Lugdunen. sub Greg. XI. ad Vienen. sub Clemente V. & denique ad Tridentinum raros, aut nullos, ex toto Oriente Episcopos conuenisse videmus. Non ergo ad rationem Concilij verè generalis vniuersorum Episcoporum conuocatio, aut congregatio requiritur. a Epist. 42. & 50.

Arg. 3. à parte negatiua quæstionis.

9 Denique, quoniam alias in potestate cuiuscumque Episcopi esset impedire ne fierent vniuersalia Concilia: quia in potestate cuiuscumque Episcopi est abesse, siue ex infirmitate, siue ex malitia à Concilijs: & constat, quod sicut species numeri soluitur dempta quacumque vnitate quomodocumque adimatur, ita ratio Concilij generalis dissolueretur absentia cuiuscumque Episcopi: si tamen deberent vniuersi Episcopi interesse, vt Concilia generalia fierent.

CAPVT TERTIVM.

Dubij resolutio per conclusiones sequentes.

¶ Conclusionibus rem istam explicamus. Prima autem sit.

Prima conclusio.

Vniuersi Episcopi ordinarij sunt necessariò vocandi Cócilio generali.

10 VT Concilium sit generale oportet in primis vniuersos Episcopos vocari conuocatione per se & suaptè natura generali.

Hæc conclusio est de mente Cardinalis Turrecrem. & Bellarm. & probatur: tùm argumentis primi capitis. Tùm ex eo quod septima Synodus generalis, act. 6. ideo à ratione Concilij generalis exclusit Constantinop. Synodum damnantem cultum imaginum: quia non exijt sonus eius in omnem terram.

ram. Tùm denique: quia & ipsum nomen Concilij vniuersalis saltem vniuersorum Episcoporum conuocationem importare videtur.

10 Dixi autem conuocatione per se, & suapte natura generali: quoniam si talis conuocatio aliqua ratione impediretur, ne ad vniuersorum aures de facto perueniret, propter alicuius impedimenti ab extrinseco interiecti oppositionem, v. g. propter alicuius tyranni reluctantiam & repressioné, non propterea Concilium extraheretur à ratione Concilij generalis, sicut neque vocatio à ratione conuocationis generalis per se, & suapte natura: quia quantum est ex intentione vocantis, & ex sua euulgatione facta in loco publico omnes prouincias penetraret, & omnibus nisi obstasset malitia innotuisset. Inde legimus in actis 8. Concilij generalis Basilium Imp architectos omnes Ecclesiæ tabernaculi à finibus omnibus cõuocasse, hoc est, vniuersos Episcopos, Pastores & Prælatos, qui architecti sunt huius spiritalis ædificij: licet forte nõ omnibus innotuerit conuocatio illius, sicuti neque omnes tali Concilio interfuerunt. Videantur dicta suprà dub. 3. cap. 2. conclusione 1.

Quænã sit conuocatio generalis per se.

Secundo conclusio.

11 VT Concilium sit generale non opus est, vt vniuersi Episcopi confluãt ad illud. Hæc est de mente authorum primæ conclusionis, & etiam Card. Iacobatij, *a* & aliorum. Et probatur primo argumentis factis pro parte negatiua vtique cap. 2. huius dubij. Deinde probatur ex eo, quod vt Concilium re ipsa sit generale, satis est quod re ipsa repræsentet vniuersalem Ecclesiam, & quod authoritatiuè, & repræsentatiuè contineat illam, sicut ad hoc vt Senatus ciuitatis, vel Regni, vel cuiuscumque reipublicæ re ipsa dicatur, & sit authoritatiuè, & repræsẽtatiuè vniuersalis respublica, satis est, quod authoritatiuè, & repræsentatiuè contineat illam, sed ad hoc non requiritur vniuersorum Episcoporum nemine dempto confluxus sicuti neque ad authoritatiuè, & repræsentatiuè continendam rempublicam aliquam requiritur Senatus continens omnes & singulos Senatores: ergo vt Concilium verè generale sit non opus est quod ad illud omnes Episcopi confluant.

a Lib. 4. Conciliorum, a. 7. nu. 1.

De ratione generalis Cõcilij non est, vt omnes & singuli Episcopi ordinarij confluant ad illud.

12 Denique probatur ex eo quod ad hoc vt vocatio Episcoporum ad Cõcilium sit generalis, non opus est, vt omnibus re ipsa & de facto innotescat, sed satis est quod ex intentione vocantis, & ex conditione & natura conuocationis sit generalis: iuxta supradicta ad calcem præcedentis conclusionis. Ergo etiam vt Concilium re ipsa sit generale, non opus est, vt de facto contineat vniuersos Episcopos, sed satis est, vt ex intentione vocantis illum contineat vniuersos, & vt Concilium talis conditionis sit, vt aptum & expositũ inueniatur ad recipiendos quoscumque ex qualicumque loco peruenientes, dummodò constet esse Episcopos, & nullo modo excommunicatos. Videatur sequens conclusio.

Cõuocatio generalis sufficit ad Conciliũ generale.

Tertia conclusio.

13 VT Concilium sit generale satis est conuenire & congregari in eo omnes illos Episcopos, qui conuenienter conuenire & congregari possunt ex omnibus Ecclesiæ prouincijs: dummodò sint in numero competenti.

Quinam ordinarij Episcopi sufficiãt ad Conciliũ generale.

14 Hæc conclusio est etiam de mente authorum conclusionis secundæ & videretur alicui posse probari his, quæ Card. Turrecr. *b* inducit, vtique ex eo quod Apostolus Petrus plura vniuersalia Concilia congregauit (de quibus Turrecr. *c* ipse) ad quæ tamen non omnes Apostoli confluxerunt, sed solùm illi, qui Hierosolymis aderant. Et etiam ex eo quod singulariter Concilium illud de cessatione legalium (quod apprime vniuersale fuit) celebratum non legitur vniuersorum Apostolorum concursu, sed tantùm præsentia Apostoli Petri & Iacobi minoris Episcopi Hierosolymitani, & assisten-

b Lib. 3. cap. 16.

c Eod. lib. 3. c. 2.

Aliquot generalia Concilia celebrata exiguo Episcoporũ numero.

tia Pauli & Barnabæ, qui Hierosolymam venerant ad determinationem præfati dubij. Et præsertim ex eo, quòd multa generalia Concilia celebrata leguntur temporibus multorum Pontificum, ad quæ non venerunt vniuersi Episcopi. In primis enim tēpore Cornelij celebratū est Concilium contra Nouatianū negantē pœnitentiā post lapsum: & tēpore Syluest. pro confutatione hæresis Arrianæ, & tēpore Cælestini, Fœlicis, Galasij, Symmachi Stephani III. Nicolai I. & aliorum alia in quibus paucissimi Episcopi numerati sunt.

Cōcilia generalia sunt in dupli ci differentia.

15 Verum tamen probationes istæ nihil ad rem nostram faciunt: quoniam huiusmodi Concilia non dicuntur congregata ab vniuersitate congregatorum, siquidem neque vniuersi Episcopi conuenerunt ad illa, neque saltem ex vniuersis Christiani orbis prouincijs Episcopi confluxerunt ad ea, sed ab vniuersitate congregatis, vtique Romani Pontificis, qui est vniuersalis Pastor Ecclesiæ, & supra totam Ecclesiam. Et ideò quæ authoritate illius tanquam de fide decernuntur, vniuersam Ecclesiam respiunt. Vnde ad huiusmodi Concilia non solùm non conuenerunt Episcopi vniuersi orbis, sed etiā nec vocati sunt, vt conuenirent; quapropter potius diœcesana, aut nationalia dicenda veniunt, quàm generalia, si loquamur de Concilijs generalibus per se, & quatenus hic loquimur, vtique quatenus repræsentant vniuersalem Ecclesiam, cui summus præsidet Pontifex.

Probatur solidè tertia conclusio.

16 Quare aliter conclusio nostra probanda erit: & in primis probata manet argumentis secundi capitis; ex quibus constat plura fuisse celebrata Concilia verè generalia, ad quæ tamen non omnes confluxerunt Episcopi. Sed illi duntaxat, qui conuenienter congregari commodeq; conuenire potuerūt, pro temporum vtique & locorum circunstantijs.

Deinde autem probari potest ex eo, quòd moraliter loquendo illud impossibile reputatur, quod commodè & conuenienter fieri non potest. Sed ad verè constituendum Concilium aliquod generale satis est fieri quod ad arbitrium prudentium virorum possibile iudicatur. Ergo etiam satis erit ad celebrationem Concilij generalis congregare vniuersos Episcopos ex vniuersis Prouincijs Christiani orbis, qui conuenienter & commodè congregari possunt pro temporum & locorum necessitate & opportunitate. Sanè vt generalia comitia verè generalia sint, satis est vniuersos ciuitatum procuratores cogere, qui conuenienter & commodè cogi possunt: quoniam alias vtilitates & commoda comitiorum non posset respublica assequi, neque conuenienter sibi ipsi consulere, etiam summa necessitate premente. Ergo similiter vt Ecclesia non careat beneficio salutari Conciliorum, quando illi maximè opus est istorum Conciliorum celebratione, dicendum erit, quod ad generalia Concilia sufficientissimum est conuocare vniuersos Episcopos, qui cōmodè conuenire possunt.

17 Comitia generalia regnorum quibus personis necessariò constent

Qui commodè interesse non possūt reputantur non esse.

18 Maximè quòd Episcopi, qui commodè conuenire non possunt ex hoc ipso iudicantur quasi nullomodò essent in rerum natura: vtpotè quòd non sunt apti ad ferendam opem Ecclesiæ in tempore eximiæ necessitatis, & propterea reputandi non sunt in Ecclesia existentes, eo quod huiusmodi existentia potius vergeret in damnum Ecclesiæ, quàm in commodum, sicut qui habet amicos propinquos, vel sibi proximos, impeditos tamen ad sibi ferendum auxilium, reputatur quasi non habens tales auxiliatores. Quod si forte Episcopi illi reputandi sunt tanquam si essent, vtpotè quod vocari debent, licèt venire ad Concilium non possint, tunc de illis idem iudicium faciendum est ac de alijs, qui infirmitate detenti non possunt interesse Concilijs, cedunt tamen iuri suo, & siue implicitè, siue explicitè sponsionem facere videntur, & vices suas præsentibus tribuere: vnde etiam & illi præsentes reputantur saltem virtualiter.

Multa sunt impedimenta prouniuersorū Episcoporum confluxu.

19 Tertiò probatur eadē conclusio ex eo quod, vt D. Thom. d testatur, Constantinus Augustus ille, sub quo celebrata est sexta Synodus generalis, dixit, quod propter imminētia bella vniuersaliter Episcopos congregare non potuis

d De pot. q. 10. a. 4.

potuit: vnde sextæ Synodo non interfuerunt nisi 150. & tamen Synodus ista inter maximè vniuersales annumerata est.

Et certè idem, & similia passim impedimenta occurrunt, quominus Episcopi omnes possint ad Concilia venire; quaproptèr dùm Concilia ipsa sanciunt, & præcipiunt, vt vniuersi Episcopi ad Concilia confluant, expressè excipiunt ab huiusmodi regula impeditos quoscumque, siue per infirmitatem, siuè per ætatem, siue per vrgentem aliquam necessitatem, vt videre est apud Gratianum nostrum, e ex Concilio Laodicen. f. ex Concilio Cartaginen. I. g ex Concilio Tarraconen. I. h & etiam apud Andr. Cresp. i Signum ergo est, quòd Ecclesia nomine Conciliorum generalium tantùm subintellexit illa, quæ congregatione vniuersorum Episcoporum, qui commodè conuenire possunt ex toto orbe, constabat. Notanter dixi ex toto orbe: quia hic agimus de Concilijs vniuersalibus vniuersalem Ecclesiam repræsentantibus, quæ non vna, vel altera continetur prouincia, sed totum Christianum occupat orbem.

e Dist. 16. c. non oportet.
f Eadem dist. capl acuit.
g Cap. 10. & ea dem similiter, d. c. si quis.
h Cap. 6.
i In summa Ecclesiastica, verb. Cōcilium, fol. 187.

21 Addidi etiam notanter in conclusione, *Modo sint in numero competenti.* Nam si vnus tantùm, vel alter Episcoporum adesset non solùm Concilium non fieret, sed neque congregatio: esset enim potius consensus paucorum, quàm Concilium. Quotus autem numerus iste esse debeat sequentibus conclusionibus patefiet.

Nō quilibet Episcoporū numerus sufficit ad Concilium.

Quarta conclusio.

22 VT Concilium sit generale adhuc non opus est confluxu vniuersorū Episcoporum, qui ex toto orbe possunt adesse, sed satis est duas illorum partes interuenire. Hæc conclusio est de mente Card. Iacobatij, K & probat eam multis vtriusque iuris decretis atque commentarijs, & præsertim ex illis, quibus habetur valere in Cōcilijs & vniuersitatibus, quod fit à maiori parte duarum præsentium: & sanè nullus Senatorum, Doctorum, aut Magistratuum conuentus est, qui si duas illorum partes continet, plenarius non iudicetur, & vices plenarij consistorij non obtineat, integraque Senatus authoritate non polleat. Ex quo sequitur, quod Concilium continens duas Episcoporum partes verè erit generale Concilium.

Duæ Episcoporū partes ad Conciliū generale sufficiunt.

K Vbi sup. nu. 1.

Quod si dixeris intelligendum esse quando computantur omnes, qui Senatui interesse poterant, & qui vocandi erant iuxta omnium vocandorum summam: vt ex Antonio, & Ioāne Andrea refert Iacobatius; l non tamē quādo cōputātur illi qui commodè possunt occurrere, vt computantur Episcopi pro Conciliorum congregatione iuxta hanc nostram quartam conclusionem. Si igitur hoc dixeris, contra est, quòd qui commode non possunt occurrere vrgente necessitate, reputantur quasi non conducerent ad remedium talis necessitatis. Et propterea tantùm est tunc temporis computandus numerus eorum, qui commodè concurrere possunt, quasi hic & nunc collectio istorum esset tota congregandorum summa.

l Vbi suprà n. 3.

Quinta conclusio.

23 VT Concilium sit generale, adhuc non opus est duarum partium Episcoporū, ex his, qui cōmodè interesse possunt: sed sufficit maior pars illorum. Hæc conclusio est etiam de mente Iacobatij, m & probat illam ex Glossa, n & ex Ioanne Andrea dicente, quod non satis sibi ponitur opinio asserentium, quod in collegijs Ecclesiasticis requirantur duæ partes vocādorum, sed quod sufficiat maior eorum pars: & ostendit, o quod vocati ad Concilia per superiorem si venire noluerint, constituunt se contumaces, & Concilium remanet in comparentibus tantùm, licet non sint duæ partes: & hanc esse Canonistarum sententiam vtique Abbatis & aliorum, licèt Legistæ repugnent.

Ad Cōciliū generale satis est maior Episcoporū pars.

m Vbi sup. n. 12. & 13.
n Cap. cū omnes, & c. quapropter, de electione, &c.
[illegible] de maiorat. & obedient. & in c. [illegible] his, quæ fiūt à maiori parte.
o Nu. 15. ex ca. [illegible] nobis, de electione, & ex 23. 4. c. Gilefanus.

Ratio autem esse potest; quia in quacumque congregatione maior pars suffra-

suffragiorum habetur pro totius communitatis consensu & sententia. Ergo satis est, quòd maior pars congregandorum interueniat, & confluat, vt iudicetur, & reputetur, quòd tota confluxerit communitas saltim repræsentatiuè, & authoritatiuè.

Sexta conclusio.

Ad Conciliū generale sufficit ille Episcoporum numerus quem Roman⁹ Pōtifex taxauerit.

23 VT Concilium sit generale, adhuc non requiritur maior pars Episcoporum, sed sufficit illa, quam Summus Ecclesiæ Pontifex iudicauerit meritò tenere cæterorum omnium, qui absunt, locum, conueniēterque posse vniuersalem Ecclesiam repræsentare.

Hæc similiter conclusio est de mente Iacobatij, q & probat illam ex eo, quod cum infinita Concilia celebrata sint in Ecclesia, nullum omnino inuenitur ex maiori Episcoporum parte congregatum: quia cum in toto orbe sint vltrà tria millia Episcoporum (vt videre liquet apud Albertū de Rossata r) numquam reperitur aliquod Concilium, quod excesserit numerum Episcoporum 630. vt fuit Concilium Calcedonense I. vt patet in capite Adrianus 2. s alia vniuersalia Concilia longè in minori numero Episcoporum congregata leguntur, t quæ tamen ex sententia omnium œcumenica sunt, id est, generalia, & maximè quatuor illa priora, quæ (vt sæpè inquit D. P. N. Gregorius) veneranda & colenda sunt tanquam quatuor Euangelia.

q Vbi sup. n. 13.

r In rubric. ff. de statu omn. ...

s 63. d. cap. de Cōcilio.

t 26. d. cap. Sexta Synodus.

In numero etiam 15. ostendit Iacobatius v ex Innocent. & Ioann. Andrea, atque etiam ex Abbate, quod tàm in collegijs inferioribus, quàm in Concilijs generale Concilium, & collegium remanet in comparentibus, & præsentibus, quamuis nec sint duæ partes, neque maior pars illorum, qui interesse debuerunt.

v Vbi suprà.

Cōciliū generale authoritatiuè est tota Ecclesia.

24 Probari etiam potest ex eo quod, vt Conciliū aliquod vere sit generale, satis est, vt authoritatiuè & repræsentatiuè contineat totam Ecclesiam: sed ad hoc satis est certus aliquis & definitus numerus Episcoporum ex vniuersis, vel diuersis Christiani orbis prouincijs collectus: vt patet in Cardinalium collegio, penes quos est in solidum ius eligendi vniuersalem Ecclesiæ Pastorem, ac si ipsa vniuersalis Ecclesia ipsum eligeret. Vnde quamuis in capite licet de electione requiratur duarum partium Cardinalium consensus ad electionem Summi Pontificis; si tamen omnes ipsi inter se pasciscerentur, vt is Pontifex haberetur qui electus inueniretur à maiori parte, electio subsisteret, & valeret quasi ab vniuersali Ecclesia facta, & probata, vt habetur in capite vbi periculum, & probatur à Cardinali Albano. x Si ergo Cardinalium cœtus Summi Pontificis authoritate munitus repræsentat de facto vniuersalem Ecclesiam etiam in grauioribus, & sublimioribus Ecclesiæ suffragijs & officijs, consequens est, vt definitus aliquis Episcoporum numerus ex toto orbe collectus posit interueniente Summi Pontificis authoritate vniuersalem Ecclesiam continere, ac repræsentare.

x De Card. q. 21.

Et Confirmatur hoc est ex eo, quod licèt ad comitia Regalia vocari, & conuenire debeant omnes ciuitates Regiæ per suos procuratores: si tamen aliquæ, vel per malitiam, aut per negligentiam adesse contemnerent, non dubium est quin reliquarum collectio inibi adstantium posset rationem comitiorum generalium habere totumque regnum repræsentare, approbante tamen id, & ita sentiente Rege ipso: ergo similiter in Concilijs generalibus Summi Pontificis authoritate collectis.

Aliquando tota terra idē, quòd potissimæ partes terræ.

25 Cōfirmatur secundò ex eo, quod licet nomine vniuersæ terræ intelligēdæ veniāt vniuersæ Prouinciæ illius, quantum ad amplitudinē & spatiū eius: repræsentatiuè tamē aliquando non intelliguntur nisi potiores partes illius, v. g. quando dixit Paulus, y quòd sonus Apostolicæ prædicationis exiuit in omnem terram, & in fines orbis terræ verba eorum: vtique quia insonuit in potioribus orbis terræ prouincijs, licèt non pro tunc in omnibus, vt suprà in

y Rom. 10.

 tractatu

z Orig. super ad Rom. 10.
a Greg. hom. 12. in Euan.
b Aug. Epistol. 78. & 80.
c Cap. vlt.

tractatu de Ecclesia ex Origene, z Greg. a Aug. b & alijs monuimus. Et idem est quando Marcus scripsit, c Apostolos profectos vbique prædicasse, hoc est, in potioribus orbis terræ prouincijs. Si igitur vox, quæ insonuit in potioribus orbis terræ prouincijs dicitur, quod insonuit vbique, & quod in omnem terram exiuit, etiam si non penetrauerit, neque duas partes terræ, sed neque maiorem illius, consequens est, quod Episcoporum collectio ex potioribus orbis terræ Prouincijs Summi Pontificis authoritate collecta, iure possit dici vniuersalis Ecclesia, vtique repræsentatiuè & authoritatiuè, quod satis est ad veram Concilij generalis rationem.

27 Dixi autem notanter in conclusione per se loquendo, id est, ad hoc vt Concilium simpliciter sit generale: nam vt sit generale perfectè & completè plura desiderantur, inter quæ annumeratur Patriarcharum præsentia. Tum quia vt notauit Bellar. is fuit perpetuus Ecclesiæ vsus. Tum quia vt refert Turrecr. quando Patres septimæ Synodi generalis viderunt Vicariũ Patriarchæ Alexandrini secũ, vt adesset, venire, illicò inclamarunt: *Glorificamus Deũ vniuersorum, qui quod deerat vniuersali Concilio suppleuit, & nunc perfectissimum demonstrauit.* Quæ verba referuntur act. 9. vbi est notandum ly *perfectissimum demonstrauit*: quia Patriarcharum præsentia, non ad simpliciter, sed ad melius esse requiritur in Concilijs. Vt enim obseruat Bellar. tertia Synodus sine Patriarcha Antioch. damnauit Nestorium. Et Synodus Calcedonen. sine Alexandrino omnia fere conclusit. Et nunc non sunt necessarij, neque admittuntur in Concilijs Patriarchæ Orientales: quia hæretici vel schismatici sunt.

Patriarcharum præsentia in Cõcilijs requiritur.

CAPVT QVARTVM.

Respondetur argumentis primi & secundi capitis.

28 SVperest argumenta primi & secundi capitis, secum pugnantia diluere: & in primis ad primũ primi capitis respondetur, Concilium vniuersale constare quidem ex vniuersis Episcopis, quantum est ex parte Concilij, quod omnes illos spectat, & omnibus patet, & in quo præsentes personam sustinent absentium, & etiam quantum est ex parte vocantis & indicentis Concilium: secus verò ex parte Episcoporum, qui venire nolunt, aut non possunt.

Resp. ad arg. 1. capiti pro vtroque agmine.

Ad secundum respondetur tantùm probare, quod Concilium vniuersale requirat Episcopos ex omni orbe collectos, aut saltim ex illis prouincijs, quæ possunt repræsentare vniuersalem orbem.

Ad tertium respondetur, quòd Concilium vt repræsentet vniuersalem Ecclesiam, satis est continere Episcopos ex vniuersa Ecclesia, & vniuersali conuocatione adiunctos.

Ad quartam Respondetur Concilium illud multis claudicasse quominus generale dici potuisset: & maximè claudicauit ex his, quæ superius retulimus, videlicet, quòd non insonuit per omnem terram vox indictionis eius, præterquam quòd solius Imp. authoritate, non autem Summi Pont. cogebatur. Et hoc ad rem sacrilegam & nefariam, vtique ad abolendum cultum sacrarum imaginum, summopore in Ecclesia receptum; propter quæ Patriarchæ tali Concilio defuerunt.

Ad quintum responsum est capite præcedenti, conclusione sexta. Ad argumenta pro secunda parte, respondetur tantùm probare, quatuor vltimas conclusiones, tertiam, quartam, quintam & sextam. Hactenus de causa materiali Conciliorum.

DVBIVM QVINTVM.

Vtrùm Concilium generale sit iudicialis congregatio, & forum iudiciale?

SVMMARIVM.

1 Quæritur de forma quiditatiua Conciliorum.
2 Arg. 1. pro parte negatiua quæstionis.
3 Arg. 2. pro parte negatiua.
4 Confirmatur pars negatiua.
5 Arg. 3. pro parte negatiua.
6 Arg. 4. pro parte negatiua.
7 Arg. 5. pro parte negatiua quæstionis.
8 Arg. 6. ad idem.
9 Arg. 7. pro parte negatiua.
10 Arg. 8. ad idem.
11 Pars affirmatiua asseritur.
12 Ostenditur pars affirmatiua, ex veteri testamento.
13 Ostenditur pars affirmatiua ex nouo testamento.
14 Ostenditur pars affirmatiua ex actis Apostolorum.
15 Apostolorum decreta, idem quod præcepta.
16 Ostenditur pars affirmatiua ex ipsorum Conciliorum verbis.
17 Ostenditur pars affirmatiua Pontificum decretis.
18 Ostenditur pars affirmatiua ex Imperatorum verbis.
19 Ratione ostenditur pars affirmatiua quæstionis.
20 Resp. arg. 2. numeri, omnia per verbum Dei expressum decernenda.
21 Conciliorum definitiones in rebus fidei pendent à verbo Dei.
22 Arg. 1. quòd in discordia suffragiorũ standum non sit maiori parti.
23 Arg. 2. pro parte ista negatiua.
24 Arg. 3. ad idem.
25 Arg. 4. ad idem.
26 Arg. deniq; pro parte negatiua
27 Arg. 1. pro parte affirmatiua.
28 Arg. 2 pro parte affirmatiua.
29 Arg. 3. pro parte affirmatiua.
30 Arg. 4. pro parte affirmatiua.
31 Arg. 5. ad idem.
32 Arg. vlt. pro parte affirmatiua.
33 Sententia Cani in hac parte.
34 Sententia Turrecrematæ.
35 Sẽtẽtiæ authoris prima propositio.
36 Sẽtẽtiæ authoris secũda propositio.
37 Sẽtẽtiæ authoris tertia propositio.
38 Sẽtẽtiæ authoris quarta propositio.
39 Sentẽtiæ authoris quinta propositio.
40 Interdum vnius placitum reuocat omnium placita.
41 Obijcitur, & obiectio diluitur.
42 Defensatur Gratianus, & explicatur quomodo raptor potest vxorem ducere eam quam rapuit.
43 Explicatur Hieronymi elogium.
44 Resp. ad 2. arg. num. 23. & explicatur quomodò maior pars Episcoporum possit errare, quomodò vero non.
45 Resp. 3. arg. nu. 24. & ostenditur Conciliũ Arim. illegitimũ fuisse.
46 Resp. duobus vlt. arg. n 25. & 26.
47 Arg. Rom. Pont. Conciliorum decretis ligari.
48 Ostenditur Rom. Pont. non ligari Conciliorum decretis.
49 Rursum idem ostenditur.
50 Raro Pontifices irritarunt decreta à maiori parte Concilij.
51 Resp. arg. in contrarium ex n. 47.
52 Pontifices non tã irritant Conciliorum decreta, quàm dispensant.
53 Arg. Conciliorũ decreta non egere approbatione Pontificis.
54 Ostenditur Cõciliorũ decreta egere Põtificis approbatione ex praxi Ecclesiæ.
55 Eadẽ pars affirmatiua ostenditur ex Scriptura.
56 Resp. arg. nu. 51. & ostenditur cur non omnia Concilia legitima contineant Romani Pontificis approbationem.
57 Per se loquendo solus Pont. potest declarare, quodnam Concilium sit legitimum, per accidens tamen id etiam potest Concilium ipsum.

58 *In quo casu Concilium potest declarare seipsum vt legitimum.*

59 *Quodnam Concilium potest recusari, quod vero non?*

60 *Quando Concilij Præses suspectus est, totum ipsum Concilium suspectum redditur.*

61 *Qualiter Concilia sint, & non sint, summa tribunalia?*

62 *Quodnam Conciliū sit irrecusabile?*

63 *Ostenditur Concilia ex se non habere iurisdictionē, nisi à Rom. Pont. aduersus quemlibet.*

64 *Aliquando committuntur causæ Cōcilij, non ad decernendum; sed ad inuestigandum.*

65 *Cuius sit de vniuersis causis iudicare?*

66 *Cur non expediat Concilia de omnibus iudicare?*

67 *Obijcitur contra prædicta à nu. 51. & diluitur obiectio.*

68 *Iterū obijcitur, & obiectio obstruitur.*

69 *Ex accidenti potest Concilio iurisdictio competere.*

70 *In Concilijs seruandus est ordo iudicialis causarum.*

71 *Conciliorum iurisdictio est ordinaria: quia est Papæ, vel ab illo.*

72 *Territorium non arguit iurisdictionem ordinariam.*

73 *Resp 6. arg. 1. capitis, Concilia esse decisiua, & consultiua respectu diuersorum.*

74 *Conciliorū decreta sunt cōsilia Pōtificibus.*

75 *Resp. ad 7. arg. 1. capitis, quòd Sacerdotes aliquando sunt iudices.*

76 *Resp. ad 8. arg. 1. capitis.*

1 ABsolutâ dispositione eorum, quæ pertinebant ad causam finalē, efficientem, & materialē Conciliorū, sequitur procedamus ad eā, quæ continet causam formalē: vt sic rē ex asse (quod aiunt) propalemus, & pro virili ostendamus, quidnā essentialiter Concilia generalia importent, & in quibus consistant essentialiter? an scilicet habeant formā iudicij & Ecclesiastici tribunalis, ita vt congregare Conciliū idem sit quod forū iudiciale erigere: vel potius non habeat formā, nisi inquisitionis, & scrutinij, ita vt colligere Conciliū idē sit quod sapientes viros in vnum congregare a [1] cōsilia de rebus fidei, aut morū, maturē incūda, & supernaturalia mysteria inuestiganda: congregare enim tot præcelentes viros ex omni terrarū orbe sigillatim adductos ad vnū tantū ex duobus istis potest destinari scopū. Quæritur de forma quiditatiua Cōciliorū.

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negatiuæ quæstionis.



A Parte negatiua quæstionis hæretici recētiorem sunt, vtpotè Lutherus, Caluinus, & Kimnitius protestātes, & alij asserentes apud Bellar. Concilia non formā iudicij aut fori iudicialis, sed tantū inquisitionis, & scrutinij sortiri, & habere. Argumenta illorum simul cū argumentis aliorum palam faciemus: talia enim sunt.

Bellar. lib. 1. Cōcilioram, c. 18.

2 In primis enim solus Christus, & verbum illius possunt habere suffragia decisiua in rebus fidei & morū: vtpotè quôd tantū illorū iudicio, atq; decreto standū omnino est. Ergo reliqui quātūcūq; Episcopi, & quātūcūq; Prælati nō sunt iudices causarū fidei & morū, sed ad summū inquisitores & cōsiliarij scrutantes decreta Christi, & illius verba, quibus omnino nos adhærere tenemur. Arg. 1. pro parte negatiua quæstionis.

3 Deinde si Patres Concilij veros iudices agerent, & congregatio illorū esset iudicialis consensus, necessario acquiescendū esset sententiæ illatæ à maiori parte; vt in sūmis, atq; etiā imis cōcilijs secularibus & politicis illa, quæ plura habet suffragia sententia subsistit: at in Cōcilijs res aliter se habet; quoniā aliquando vnius suffragiū præualet placitis cæterorū: vt patet saltē ex his, quæ Socr. a & Sozom. b referūt de quodā Paphnuc. videlicet, quòd cū adesset Cōc. Nicæ. volēti prohibere Sacerdotib' vsū vxorū, solus liberē restitit, & præualuit. Arg. 2. pro parte negatiua

a Lib. 2. hist. cap. 8.
b Lib. 1. cap. 12.
c 36. q. 2. cap. vltimo.
d 1. p. de exam. Doct.
e In cap. signific. de elect.

4 Cōfirmatur ex Gratiano nostro c referēte D. Hieronymi authoritatē Scripturæ sacræ munitam toti Concilio generali præiudicasse, & ex Gersone, d & Panorm. e supra relatis dicentibus vnius priuati modo doct.i & eruditi sententiæ... Confertur pars negatiuā

senten-

sententiam præponendam iri sententiæ Papæ, & Concilij: constat autem *Sup. dub. 3. cap.*
vnius iudicis, quantumcumque præcelentis, suffragium non præponderare *7. arg. 6.*
in iudicio duobus, quantumcumque inferiorum iudicum, placitis.

Arg. 3. pro parte negatiua 5 Tertiò, si Concilia haberent formam iudicij, necessariò teneretur Pontifex subscribere decretis illorum, maximè illis, quæ à maiori parte Concilij definita sūt, vtpotè quòd definitiua sententia iuridicè lata omnes in vniuersū ligat, & in conscientia premit. At consequens est falsum: quoniam in primis Leo I. irritauit decretum quoddam Concilij Calced. cui maior pars Patrum assenserat, vt testatur ipse Leo in tribus epistolis suis, & ante illum Damasus Papa irritauit acta Concilij Ariminen. quibus maior pars Episcoporum consenserat, vt patet ex epist. Damasi ad Episcopos Illyrici. Patet etiā ex eo, quòd alias potius decreta Pontificum penderent à sententia Concilij, quàm è contra, vt rata omnino haberentur: sicut potius decreta Regis dependent à sententia Summi Senatus, quàm è contra: & tunc nullum generale Concilium egeret approbatione Pontificis, vt decreta illius iuridicè, & in conscientia obligarent; quod tamen est falsum.

Arg. 4. pro parte negatiua 6 Quartò, si Concilia haberent formam fori iudicialis, sequeretur, quòd possent se ipsa pronunciare, vt iudiciale consistorium: & Episcopi in eis congregati possent seipsos iudices declarare; hoc enim est proprium cuiuscūq; fori iudicialis. At solus Pontifex potest declarare authoritatem & potestatē Concilij generalis: ergo Concilium generale non est iudiciale forum. Sequeretur etiam quod posset Concilium generale recusari, vt suspectum: nā omne iudiciale forū etiam Ecclesiasticū subire potest calumniam istam; vt de Concilio Prouinciali dicunt Glossa, & Doctores; g vbi maximè Lanfrancus. Quis tamē dicit Cōciliū generale posse repudiari, vt suspectū? Sequeretur similiter Cōcilia cognoscere de causis ciuilibus & criminalibus; & cōsequēter, quod adiri possent per viam querelæ: siquidem omnia ista concernunt, & concomitantur quodcumq; iudiciale forum: at consequens est falsum, & indecens generali Concilio: ergo.

g *In cap. licet ex suspecto, de foro competenti, & in c. singulis de statu Monachorū.*

His adde, quòd etiam tenerentur Concilia creare, & eligere delatores, & accusatores, qui vulgo dicuntur fiscales; & etiam admittere Patronos, & aduocatos, imò etiam seruare in omnibus ordinem iudicialem, eo quod omnia ista indiuiduè concomitantur tribunalia iudicum.

Arg. 5. pro parte negatiua quæstionis. 7 Quintò, si generalia Concilia formam fori iudicialis haberent, necessariò illorū iurisdictio esset, vel ordinaria, vel delegata: sed nō est ordinaria cū non habeat territoriū cohærēs iurisdictioni; h Iurisdictio enim ordinaria (ait Baldus) est supra territoriū sicut nebula supra paludē, ex qua generatur per virtutem solis. Sed neque est delegata: quia Concilia generalia authoritatiuè, & repræsentatiuè continent vniuersalem Ecclesiam, quæ tamen à nullo potest præterquam à Deo iurisdictionem, & delegationem accipere.

h *L. Pupillus, §. territorium, ff. de verborum signifi.*

Arg. 6. ad idem. 8 Sextò, cū Pontifex congregat Episcopos ad Conciliū, vt causa aliqua fidei iudicetur, inquit ipse Pōtifex, quòd de fratrū suorū Cōsilio rē illā definire aggreditur: Episcopi ergo in Concilio consultores sunt, non autē iudices: quoniā alias de sententia illorū, non autē de Cōcilio diceret Pontifex, quòd definitionem illam aggreditur.

Arg. 7. pro parte negatiua 9 Septimò dicitur in hūc modū: i *Si difficile, & ambiguū aliquid sese obtulerit, venies ad Sacerdotes, & ad iudicē, qui fuerit in illo tēpore.* Ergo expressè distinguitur inter Sacerdotes & iudices: etiāsi Sacerdotes sint de numero & ordine illorū, qui adiri debent pro cōtrouersiarū discussione, sed tales sunt, qui interueniunt Concilijs: ergo.

i *Deuth. 16.*

Arg. 8. ad idem. 10 Deniq; si Concilia generalia essent forū iudiciale, necessariò haberēt aliquod certū caput, cui præesse incūberet: nisi velimus dicere esse corpus acephalū: at Cōcilia nullū tale caput per se habēt, vt patet in illis, qui priori bus Ecclesiæ tēporibus celebrata sunt, in quibus tantū Imperatores ad clauū sedebant: qui tamen conuentus Ecclesiasticorum Præsides esse non poterāt; imò neque pars, vt patet ex dub. 3. cap. 7. Ergo;

Propter hæc aut similia argumenta non solũ relati hæretici apud Bellar. sed etiam ex Catholicis aliqui partem illam sequi, & amplexari videntur. Etenim Glossa *k* asserit Concilia non esse iudicium, sed consilium: & Innocen. IIII. in Concilio Lugdunen. relatus à Gratiano nostro, *l* dicit, quod Episcopi in Concilio non sunt iudices & assessores. Quibus planè subscribunt authores illi, qui à Mag. Cano. dicuntur non omnino pessimi: hi enim reputant Episcopos non quidem vt iudices in Concilijs, sed tantùm vt consiliarios assistere.

k In cap. ad A-postolica. de re iu-dic. t. n 6.
l In cap. graue, ut præcessit.

CAPVT SECVNDVM.

Asseritur, & probatur pars affirmatiua quæstionis.

11 Nihilominus nisi obturatis, vel potius effossis oculis rem istam consideremus, planè diiudicabimus Concilia generalia habere iudicij, & non tantùm consilij & inquisitionis formam, & authoritatem illorum, non tantùm sitam esse in quærenda & inuestiganda, sed iniudicanda & definienda etiam causa fidei, religionis, & morum.

Pars affirmatiua asseritur.

12 Primò, quoniam (vt Bellar. obseruat) iubentur, *m* qui dubia habuerint, recurrere ad Sacerdotum concilia, & morte puniri eos, qui sententiæ illorum non acquiescerent. Cùm igitur Concilia Ecclesiæ successerint Concilijs synagogæ (vt capite præcedenti argumento septimo aduersarij subnotarent) consequens est Concilia Ecclesiæ vere iudicialia esse, & non tantùm consilia, sed etiam sententias iudiciales ferre.

m Deut. 17.
Ostenditur pars affirmatiua ex veteri testamento.

13 Secundò, quia præcipimur *n* cauere, vt Ethnicum & publicanum omnem illum, qui Ecclesiam non audierit: hoc est, iudicium, iussionem, & sententiam Ecclesiæ. Et licèt hoc nomine Ecclesiæ conuenienter, imo & necessario aliquando intelligendus veniat Prælatus particularis, cui frater inobediens & incorrigibilis proximè adhæret, & immediatè subest, iuxta supra dicta, *o* simpliciter tamen, & absolutè loquendo commodius intelligi potest congregatio Prælatorum Ecclesiæ, id est, Concilium. Tùm quia nomen Ecclesia propriè sumptum multitudinem vnitorum significat, iuxta supradicta in tractatu de Ecclesia. Tùm quia generalia Concilia authoritatiuè & repræsentatiuè continent vniuersalem Ecclesiam. *p* Quare conuenienter dici, ac nominari potest Ecclesia. Tùm quoniam (vt ipsi argumentantur hæretici apud Staplet.) *q* in elogio isto apertam Christus gradationem facit, vtique ascendendo ab vno correctore ad duos, vel tres, & ab istis ad Ecclesiam: quocirca nisi plus quàm tres Ecclesiæ nomine subintellexisset, non tàm gradationem & ascensum quàm descensum fecisset. Et subiungunt, quòd Christus æmulatus est in hac parte formam Senatus illius constituti à Moyse *r* in quo præfecit seniores populi nu. 70. vt ius populo dicerent, & lites, controuersiasq; populi exorientes componerent, propter quod hæretici ipsi erectas habent & instructas congregationes quasdam censorum in suis republicis, penes quos sit cura corripiendi rebelles & corrigiendi errantes, qui adiri debeant pro correctione illorum.

n Matth. 18.
Ostenditur pars affirmatiua ex nouo testamento.
o Dub. 3. c. 5. circa medium.
p Dub. 3. c. 5. circa mediũ, & dub. 4. c. 3. nu. 2.
q In promptu. Cath. fer. 3. Dominicæ 3. Quadr. §. 2.
r Exod. 18.

Et licèt discursus iste hæreticorum non planè legitimus sit, quia ascensio & gradatio non tollitur, etiamsi nomine Ecclesiæ intelligatur tantùm diœcesanus Episcopus: quia is virtualiter est tota sua diœcesis, vt caput virtualiter est totum suum corpus, & procurator ciuitatis tota sua ciuitas: nihilominus planè conuincit Concilia verè esse Ecclesiam, quæ adiri & audiri potest, & debet sub anathematis pœna, quandocumque cogitur, & congregatur, & ita congregata excommunicationis fert sententiam: & proinde conuincitur esse præceptũ Domini, quòd Conciliorũ sententiæ obediamus; & ex consequenti, quòd Concilia ferre possint sententias; atque adeo unt forũ iudiciale.

Tertiò

Ostenditur pars affirmatiua ex actis Apostolorū.

14 Tertiò probatur ex eo quòd, vt obseruauit Cano *f* in illo Concilio Hierosolymitano, de quo act. 15. non solùm Petrus, sed etiam alij Apostoli iudices fuisse dicuntur: ibi enim numero 19. refertur, quod Iacobus minor dixerit: *Propter quod ego iudico.* — *f De locis l. 4. c. 5. dub. 2.*

Et licèt argumentum hoc non multum efficax sit: quia ex aliquorum sententia ly *iudicare*, non sumitur prædicto loco pro eo quod est iuridicè sententiam ferre, sed pro eo quod est mentem propriam aperire, sententiamque suam dicere: propter quòd translatio Syriaca non habet, *ego iudico*, sed, *ego dico.* Nihilominus non parum roboris habet. Tûm propter authoritatem editionis vulgatæ, quæ habet *iudico.* Et nullum est inconueniens quod hic ly, *iudico*, in propria acceptione sumatur: maximècum Iacobus verbum illud protulerit tâta cū authoritate, & emphasi vtiq; dicēdo, *propter quod ego iudico, &c.* Tûm quia Chrysost. *t* dum interpretatur hoc verbum ita discurrit: *quid est iudico ego? Id est, cum potestate dico.* Quasi dixisset authoritatiuè quidem, & iudicialiter dico tanquam Episcopus, qui in Concilio loquitur. — *t Sup. act. c. 5.*

Confirmatur ex eo, quod decretum in illo Concilio sancitum huiusmodi tenorem habuit: *Visum est Spiritui Sancto & nobis, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & à suffocato, & sanguine.* Quis autem dicet, tàm absolutum tamquè authenticum decretum, & statutum inquirentium, & consulentium potius, quâm iudicum, & magistratuum conclusionem, & sententiam esse, & esse suffragium consultiuum, non vero decisiuum. — *v Actor. 15. 42*

Apostolorum decreta idē quòd prēcepta.

15 Adde, quod ad calcem eiusdem capitis vocantur præcepta Apostolorum *v* omnia decreta sua. Inquit enim Lucas: *x Perambulabat Paulus Syriam, & Ciliciam confirmans Ecclesias, præcipiens custodiri præcepta Apostolorum.* Id est, Canones, & decreta edita ab Apostolis in isto Concilio. Quis autem dicet, quod præcepta sunt opus Doctorum, potius quam Prælatorum, & iudicum. — *x Num. 42.*

Neque obest, quod capite sequenti *y* vocantur dogmata eadem quæ in præsenti appellantur præcepta: quia dogmata, quæ proponuntur, & decernuntur, non solùm vt obiecta credendi, sed etiam vt regula obseruanda sub reatu conscientiæ, rationem præcepti obtinent; & proinde non sunt habenda tantùm vt sententiæ Doctorum: sed etiam vt Magistratum, atque Prælatorum iudicia. — *y Act. 16. 4*

Ostenditur pars affirmatiua ex p Consorū Conciliorum verbis.

16 Quartò probatur nostra assertio ex eo, quod Patres Conciliorum vocant decisiones suas decreta, statuta, sanctiones, & iudicia: vt patet in primis in Concilio Nicæno; vbi Patres contendunt, quod Syluester Pontifex confirmet quidquid ipsi constituerunt: & Leo I. dicit se probare, ea quæ in Concilio Calcedonensi de fide statuta sunt: & Concilio Calcedonense ad Pontificem ait: *Decretis tuis nostrum honora iudicium.* Et sexta Synodus generalis, cap. 18. ita habet: *His omnibus à sacro Concilio constitutis, & per subscriptionem fortitudinis nostræ roboratis, sancimus, vt nullus de fide aliquid satagere audeat.*

Ostenditur pars affirmatiua Pontificū decretis.

17 His consonat modus loquendi Summorum Pontificum: ita enim habet. In primis enim Clemens Romanus ita inquit: *z Concilia Episcoporum celebrentur, vt inter se dogmata pietatis explorent, & contentiones amoueant.* Iulius I. ad Diaconos Facilium, Narcisum, & cæteros: *a Si enim (vt scribitis) incōcussam habet authoritatem quælibet Synodus, & contumeliosè agitur cum iudice cuius iudicium ab alio examinatur: considerate quinam sint, qui Synodum improbant, & qui aliorum iudicia rescindunt.* Marcellus, *b* & Damasus: *c Episcopus nisi legitima Synodo definitiuè damnari non potest.* Et denique Hormisda: *d Quoties vniuersale poscit religionis causa Concilium, te cuncti fratres inuocante conueniant: quid autem illic pro fide, & veritate constitutum, vel præceptum fuerit, ad nostram scientiam perueniat.* — *z Can. 38. Apost.* — *a Iulius. I. apud Athana. epistol. ad Diacono Facilium, & cæteros.* — *b Epist. 1.* — *c Epist. ad Stephanum, & ad Con. Africanū.* — *d Epist. ad Rheugium.*

Ostenditur pars affirmatiua ex Imperatorū verbis.

18 Consonat etiam modus loquendi orthodoxorum Imperatorum. In primis enim Constantinus Magnus ita loquitur: *e Libentibus animis hoc decretum tamquam donum Dei, & mandatum re vera cœlitus de-* — *e Epist. ad Ecclesiam de habita Nicæa Synodo.*

d 4 missum

nißum amplexamini: nam quidquid in sanctorum Concilijs decernitur id vniuersum diui ne voluntati debet attribui. Valerius Gratianus, & Valentinianus: f *Qui mos est causarum ciuilium idem in negotijs Ecclesiasticis est, vt si quæ sunt dißensiones ad religionis obseruantiam pertinentes Synodis audiantur.* Theodosius, & Valentinus: g *Iam inde à primis vsque temporibus non imperantis cuiusque, sed sanctorum Patrũ, sanctorumque Synodorum præcepta custodire præcipimus.* Et alibi: *Ante sanctißimam congregationem Cõ ctam Synodum, communemque eiusdem sententiam nihil in illa prorsus re innouetur.* Ecce ex Concilijs, ex sanctis Patribus, atque Imperatoribus qualiter, decisiones Conciliorum sententiarũ, & præceptorum nomine decorentur: Constat autem, quod constitutiones & præcepta condere non est opus consultorum, sed iudicum.

f *Codice Theodosiano de Episcopis & Clericis.*

g *Theodos. epist. ad Cyrilum de congregatione Concilij Ephesini.*

19 Quintò Episcopi ad Concilia vocantur tanquam censores & iudices, vt supra ex professo ostendimus: & in tantum aliquis iure venit ad Concilium vocandus in quantum iurisdictione Episcopali gaudet, vt etiam supra ostendimus. Ergo signum est, quòd Concilia sunt cœtus & consensus iudiciales; siquidem cœtus iudicialis nihil aliud est, quàm cœtus iudicum, & iurisdictionem habentium prout sic. Maximè quia ad nihil aliud per se requiritur iurisdictio, nisi ad iudicandũ, & ad iudicialem forum habendum & constituendum.

Sup. dub. 3. c. 3.

Vbi suprà cap. 4.

Ratione ostenditur pars affirmatiua quæstionis.

CAPVT TERTIVM.

Respondetur argumento primi capitis, & ostenditur, cur Conciliorum decretis standum sit.

20 Neque est cur iam argumenta contraria nos comprimant. Ad primum enim respondetur in primis, non opus semper esse expresso aliquo Christi Domini verbo ad ritè & rectè dirimenda omnia, quæ circa religionem Christianam dubia occurrunt: vt patet in controuersia de cessatione legalium, quæ non ex scripturis, neque ex aliquo Domini verbo, per traditionem habito, sed per Apostolorũ suffragia definita est. Sanè de re ista traditio nulla in Ecclesia tũc circũferebatur, neq; scriptura agnoscebatur aliqua, quæ prohiberet Gẽtiles seruare legalia præter mandatũ de abstinẽtia à suffocato, & sanguine, atq: de immolatis idolorũ: cum tamen de omnibus his sentẽtiam Apostoli in illo suo Cõcilio detulerint. Sed neque sententia illorum à sententia Domini aliena iudicanda propterea est; siquidem ipse dixit: a *Qui vos audit me audit.* Et iterum: *Vbi duo, vel tres in nomine meo congregati fuerint in medio eorum sum.* Quare cap. præcedẽti probatione quarta ex Constantino Magno retulimus, quod decreta Conciliorum amplexanda sunt tanquam re vera Dei mandata. Præterquam quod si de alicuius verbi diuini controuersia incidit, & fortè nullum aliud extat quod possit litem componere; quia omnia, quæ habentur eadem ambiguitate & difficultate laborant; vnde quæso petenda veniat legitima interpretatio, nisi tantùm à iudicio Ecclesiæ congregatæ in Concilio?

Resp. ad arg. nu. secundi non omnia per verbum Dei expressum decernẽda.

a *Luc. 10.*


21 Deinde respondetur, quod loquendo de his, quæ Concilia tanquã de fide constituunt, omnia ortum habent ab aliquo verbo Dei: quia citra illud non est reuelatio; & nihil cadit sub fide, nisi reuelatum. Quia tamen verborũ Dei semper latens est sensus, & multis plus satis reconditus, ideò ad discernendum eum, & demonstrandum tanquam reuelatum à Deo, opus est propositione Ecclesiæ, quæ authenticè fit in Concilijs. Loquendo autem de alijs, quæ non tanquam de fide, sed alio speciali iure ad religionem spectant, vt ea quæ sunt morum, legum, bonorum Ecclesiasticorum, & si-

Conciliorũ definitiones in rebus fidei pendent à verbo Dei.

& similia non opus est, vt decreta, quæ circa illa habentur in Concilijs, procedant ab aliquo singulari verbo Dei, sed satis est, vt fiat consequenter ad ea, quæ verbo Dei, vt bono Ecclesiæ regimini, & gubernationi conducunt, vt firma & rata habeantur: vt rata habentur, tàm apud Principem, quàm apud plebem decreta, quæ respublica sancit, tamquam suis legibus consona atque vtilitati publicæ conducentia.

CAPVT QVARTVM.

Respondetur argumento secundo primi capitis, & examinatur; An in Concilijs standum sit decreto maioris partis?



22 Arg. 1. quòd in discordia suffragiorũ stãdum maiori parti.

AD Secundum argumentum primi capitis, vt respondeamus, oportet explicemus, an in Conciliorum suffragijs deferendũ sit maiori parti, quando non est consors sententia omnium, sed potius alij affirmant, & alij negant? In hoc dubio pars negatiua suaderi potest argumento isto secundo cum sua confirmatione, quod dissoluendum aggredimur: illo enim concludi videtur, iudicium maioris partis habendum esse pro iudicio vniuersalis Concilij.

23 Arg. 2. pro parte ista negatiua.

Deinde contingere potest, vt plures Ecclesiæ Episcopi siue per malitiam, siue per ignorantiam errore aliquo lapsi sint, vt de facto cõtigit temporibus Constantij Imperatoris, Constantini Magni filij. Tunc enim maior pars Episcoporum Arrianę hæresi polluta refertur; & non solum maior, vel etiam maxima, sed penê tota Episcoporum collectio morbo laborauit isto. Propter quod Magnus Athanasius, qui fidem impollutam, vt verê orthodoxus tenuit, retinuitque semper; vix ad quem confugeret præsidij gratia adinuenit; sed in cisternis, & in speluncis, imò & in paterno sepulcro delitescere tunc temporis fuit coactus; ergo Conciliã temporibus illis celebrata non à maiori parte suffragiorum; sed potius à minori sententias catholicas inferent: & proinde sententias tenendas & amplectendas tamquam vniuersalis Ecclesiæ canones, & decreta.

24 Arg. 3. ad idem.

Tertiò, in Concilio Ariminensi mox post Nicænum congregato maxima Episcoporũ pars subscripsit Arrianæ hæresi: ergo maior pars Episcoporum, qui Cõcilio intersunt non habet efficere Concilij sententiã irrefragabilem.

25 Arg. 4. ad idem.

Quartô, reipsa sapientum numerus exiguus est, è contra verò stultorum infinitus. Quare ergo plurium potius quàm paucorum suffragio stãdum est? Sanè quadringenti Prophetæ Achab mentiti sunt; a ex ore autem solius Michææ, viri contemptibis alias, veritas egressa est, atque enuntiata. Non ergo plurium hominum quàm pautiorum sententia validior est & dignior, vt illi deferatur: imò si plures ad errorem deflexerint, credendum est quod per vnum aliquem reuocentur, maximê quia, vt inquit Seneca, *Argumentum pessimi turba est*. Id est, quòd plures insequuntur pessimum regulariter est. Pótius ergo, quód pauci sentiunt, & amplexantur, quam quod plures sustinent & defendant tamquam Concilij opus venerandum est. a 3. Reg. 22.

26 Arg. Deniq; pro parte negatiua.

Denique, quoniam alias in vnius viri suffragium totius salus Ecclesiæ refundenda veniret, quoties ambæ Conciliorum partes in æquilibrio consisterent. Vnius enim suffragium additum alteri parti redderet illam maiorem, & tunc ratione vnius suffragij haberet quod sibi ad salutem conducit. Quis autem tale inconueniens admittet, quod ab vno singulari homine cæterorum pendeat salus? Non ergo maior pars eorum, qui Concilio ad sunt, veriorem facit Concilij sententiam.

27 Arg. 1. pro parte affirmatiua.

A parte autẽ affirmatiua huius dubij diuersa & valida argumẽta sunt. Et in primis militat pro illa decisio, quam satis firmam 2. cap. reliquimus, videlicet,

cet, Concilia esse iudiciales cœtus. Cum ergo in omni iudiciali foro maior suffragiorum pars faciat fori sententiam, quam minor sequi tenetur, consequens est, vt etiam in Concilijs maior pars faciat Concilij sententiam.

b Cap. cum in cũctis, de ijs, quæ fiũt à maiori par. capit.

Deinde Cōciliũ Later. sub Innocentio III. ita definit *b In omnibus Ecclesijs quod pluribus & senioribus visum fuerit id incũctãter obseruetur.* Seruãdũ igitur erit, 28
& obseruandũ tanquã Concilij iudiciũ, quod pluribus in Concilio placuerit. Arg. 2.
Tertiò in Concilijs prouincialibus maior pars patrum facit sententiam; pro parergo etiam in generalibus: consequẽtia ista patet ex eo, quòd sicut se habent te affirConcilia prouincialia ad prouincias; ita vniuersalia ad vniuersalem Ecclematiua.
siam: antecedens autem patet ex illo Concilij Toletani IX. ita decernentis. 29
Quisquis ex nescientia, vel contentione plurium sententiam sequi recusauerit in Concilio, aut statim admonitus plurium sententiæ cedat, aut congregatione cum dedecore, & confusione discedat, & vnius anni excommunicationem pœnam luat. Arg. 3. pro parte affirmatiua.

Quartò, maior pars Concilij generalis repræsentat vniuersalem Ecclesiam, vt notauit Glos. sup. cap. Apostolicæ: & constat ex eo, quod in omni 30
consistorio, & conuentu, tàm politico, quàm Ecclesiastico maior pars repræ- Arg. 4.
sentat Collegium: sed iudicium vniuersalis Ecclesiæ præponendum est iudi pro parcio inferiorum quorumcumq;: igitur iudicium maioris partis Concilij verè te affirest Concilium, ac proinde illi deferendum. matiua.

Quintò in omni benè instituta Republica, tàm politica, quàm Ecclesiastica, nisi aliud expresse constitutum fuerit semper acquiescendum est iudicio 31
maioris partis in discretione & compositione controuersiæ causæ, vt patet Arg. 5. ad discurrendo per omnes, quæ sensibus subijciuntur, respublicas Christianas: idem.
ergo cum Concilia generalia sint congregationes reipublicæ conuenienter institutæ, consequens est, vt in eis standum sit maiori congregatorum parti, & plurium iudicio acquiescendum.

Denique si regula ista deferendi in iudicio pluribus suffragijs rata ac firma non esset, nullus relinqueretur in Concilijs locus componendi lites con 32
trouersiasque dirimendi, quoties sententiarum & suffragiorum diuersitas Arg. vlt.
incideret: quoniam maior pars nollet minori succumbere, nec minor maio- pro pro
ri, & qui extra Concilium essent nescirent, cui se tutò committerent, vt à co pro partrouersijs quiescerent. te affir-

Nec valet dicere, quod standum esset iudicio prudentiorum: non inquam matiua.
valet: quia omnes illi, qui Concilio intersunt, & eorum singuli arrogare sibi velent huiusmodi prærogatiuam. Quod si aliorum iudicio commitēda esset huius controuersiæ atque contentionis decisio, iam res in ancipiti maneret, & Concilij authoritas ab alia authoritate penderet, & quodlibet Concilium alio indigeret Concilio, vt notum faceret omnibus quænam Cōcilij sententia ratum habitura esset.

c 5. de locis ca. 5. q. 2.

In hoc dubio Canoc parti adhæret negatiuæ in casu, quo de rebus fidei Concilia agant. Existimat enim, quòd in decisione illorum, quæ ad fidẽ per- 33
tinent, maior pars suffragiorum non est melior, eo ipso quod maior, sed e- Sentenxaminanda esse merita suffragantium: quia si iudices Conciliorum sint pru- tia Cani
dentiæ, atque eruditionis merito maiores, ipsorum iudicio deferendum est in hac etiam si alij sint numero plures & validiores. parte.

d In summ. li. 3. cap. 65.
e In manuscrip. Codicib. 2. 2. q. 1. ar. 10. vlt. d. Concilijs.

Turrecr. d ait sub distinctione, quod cum res, de qua in Concilijs agitur, ha 34
bet pro se euidentem rationem, aut authoritatem contra plurium suffragia, Sententum deferendum est sententiæ paucorum: secus vero quando non habet, ta- tia Turlem euidentiam, aut patrocinium. recremaEgo tamen cum sapiẽtissimo viro Alfonso Deza, e (Societatis Iesu apud tæ.
Complutẽs. olim præceptore eximio, atque de Theologiæ studiosis iurè be- 35
nemerito) rem istam decernens. Senten-

Dico primo. tiæ Au-

PRopositio & sentẽtia, in qua omnes partes Cōcilij conueniunt, vere est iudi thoris 1.
cium vniuersalis Ecclesiæ: patet hoc ex eo quod vniuersale Conciliũ cōti propositio.
net authoritatiuè, & repræsentatiuè vniuersalẽ Ecclesiã, iuxta superi dicta.

Dub. 3. cap. 5.

Dico

Dico secundò.

ETiam propositio, in qua pauci aliqui dissentiunt, est iudicium vniuersa-
36 lis Ecclesiæ. Etiam hoc patet, tùm ex Concilio Nicæno, cuius omnia de-
Sententiæ authoris secunda propositio. creta habentur tamquam iudicia vniuersalis Ecclesiæ, quamuis septem aut nouem numerentur repugnasse aliquibus illorum qui Concilio interfuerunt. Tum quia tàto affirmàtium numero numquam detrahere existimatur negantium aliqua exigua portio.

Dico tertiò.

IN Rebus fidei & morum decernendis numquam hactenus in Ecclesia vi-
37 sum est, quod vno tantum suffragio, aut etiam numero paucis vna pars al-
Sententiæ authoris 3. propositio. teri præponderaret; nec moraliter loquendo id videtur possibile. *Prima* pars patet discurrendo per vniuersa Concilia generalia, vtique à Nicæno primo ad Tridentinum vsque: secunda autè ex eo ostenditur, quod si quando res fidei obscurius latebant, id casu non euenit; multo minus credendum est, euenire [illegible] quando iam sunt patentiores, & quasi sub solis radio. Maximè quod assistentis Spiritus Sancti in Concilijs munus est disponere veraciter & fortiter. Constat autem quod si vna pars suffragiorum paucis separaretur ab alia, quòd exsuperati ægre omnino ferrent exsuperantiam istam, suauiter tamen cederent, si viderent multorum calculis & sententijs deuinci.

Dico quartò.

NIhilominus casu isto admisso, vt maior pars sit vno tantum suffragio su-
38 perior, sententiæ illius deferendum est tamquam totius Concilij
Sentétiæ authoris 4. propositio. sententiæ. Hoc patet argumentis factis pro parte affirmatiua dubij, & etiam quod de iure naturali est, vt in omni congregatione, & conuentu iudiciali deferatur sententiæ, quæ habetur à maiori parte suffragiorum, nisi alias expressè contrarium statutum sit. Vnde Cardinalis Belarminus g ingenuè fatetur, præsidem Concilij vniuersalis, quatenus præses est, sequi debere in decreto formando maiorem partem suffragiorum. Constat autè, quòd cæteris paribus illa pars suffragiorum est maior, quæ vnò tantùm suffragio superior est. g *Vbi sup. cap. 18 ad finem.*

Dico Quintò.

OMnia & singula hactenus pronuntiata definitionibus huius dubij intelli-
39 genda veniunt post definitionem Concilij: non verò antea. Hoc patet
Sententiæ authores 5. propositio. in primis ex eo, quod cum res, quæ in Concilijs discutitur adhuc sub iudice est, & in controuersia versatur, non est inconueniens quod vnus, vel alter præstent cæteris in cognitione illius, & quod efficacia & pondere suarũ propositionum alliciant cæteros in sententiam suam, etiam si antea oppositæ sententiæ adhæsissent, quia prudentum est mutare consilium, & exploratis rebus ad meliorem mentem reduci. Ad hoc enim destinantur controuersiæ & conferentiæ, quæ in Concilijs habentur, vt quisque quod melius est assequatur.

Secundò probatur exemplo illo Paphnucij relato in secundo argumen- h *Glos. sup. cap. Nicæna [illegible]*
40 to primi capitis, h & refertur etiam à Socrate, i Sozomeno, K & alijs narrã-
Interdũ vnius placitum reuocat omnium placita. tibus, quod cum Nicæna Synodus vellet imponere legem & necessitatem Episcopis, Presbyteris, Diaconibus & Subdiaconibus, vt abstinerent à coniugibus, quas ante consecrationem duxerant in legitimum matrimonium, occurrit obuiam venerabilis confessor nomine Paphnutius, vir nuptiarum inexpertus, & allegans congressum viri cum vxore propria, non solùm esse congressum castum, sed castitatis congressum: abstinentiam autem, seu con- *& l. h. [illegible] 14.* i *Soc. li. 1. hist. 8* k *Sozo. l. 1. c. 22*
tinen-

tinentiam ab illo fornicationi posse ansam præbere. Quibus auditis, & ponderatis sacra Synodus mutauit sententiam: & ita in hac parte nihil omnino decreuit, sed in voluntate cuiusque, non autem in necessitate rem istam dimisit. Quod vero id ante definitionem contigerit, patet ex eo: quod nondū Paphnucius suam sententiam edixerat, cum ante diffinitionem omnium placita expectanda & exploranda sunt.

Neque obest, quod ante Paphnucij propositionem iam volebat Concilium definire rem illam, quam postea repudiauit: non inquam obest: nam vt ibi refertur, Synodus laudauit sententiam Paphnucij, & nihil ex hac parte sanciuit. Vbi non dicitur, quod sanctionem factam irritauit, sed quod audito Paphnucio nihil de re ista sanciuit. Quod autem sancire paulò antea voluit rem istā, tantū arguit studium definiendi, non autem definitum. Constat autē longè aliud esse volitio diffiniendi à definitione ipsa, sicut voluntas currendi & benè valendi, à cursu & bona valetudine. Maximè quod voluntas definiendi erat sub conditione, vtique nisi aliud rationabiliter visum fuisset, vt rei euentus probauit, nam ex quo Paphnucij sententia in medium prodit, omnes propositioni illius subscripsere. Et per hoc liquidò patet ad secundū argumentum principale primi capitis, & ad primum huius dubij factum pro parte negatiua. 41 Objicitur, & objectio diluitur.

42 Defensatur Gratianus: & explicatur, quando raptor potest in vxorem ducere eam quā rapuit.

Ad confirmationis primum testimonium respondet Bellarminus,[l] Gratianum nostrum eo loci lapsum esse: sed certè non in hoc; quod est dicere, vnicū Hieronymi verbū Scriptura sacra munitū toti generali Concilio præiudicasse: quia ego tale verbum in tota illa 36. quæstione 2. non inuenio, sed tantùm lego assertum à Gratiano, quod cū Cōcilia prohiberēt coniugiū raptoris cū rapta, intelligēda sunt de raptore, quando iure raptor existimatur, idest, quādo raptā nō restituerit, & de rapina sua salutarē pœnitentiā non egerit: non autē post quā de peccato suo sufficienter mundatus & absolutus creditur: quia tunc de consensu vtriusque parentum potest raptor animi re coniug um cum ea, quam rapuit aliquando. Et ad hoc probandum inducit Hieronymi elogiū, à quo inter legitima coniugia annumeratur illud, quod raptor init cum rapta, quando pater fœminæ raptæ præbet matrimonio cōsensum. Hoc autē licet & falsum esset (de quo illicò) adhuc nō redderet sensum propositionis impositæ Gratiano, quia hoc non est asserere, seu etiam leuiter subindicare, quod vno Hieronymi verbo corruit decretum Concilij, sed potius erat conciliare verbum Hieronymi cum decreto Concilij, sic nimirum, vt Concilium intelligendum esset non quidem absolutè, id est pro omni euentu & tempore, quia sic pugnaret cum testimonio Hieronymi, sed pro tempore determinato, vtique pro tempore quo raptor meretur raptoris nomen.

[l] Vbi sup. cap. 16

43 Explicatur Hieronymi elogium

Et licet Hieronymi verbum reipsa nihil conducat ad propositionē Gratiani, quam Hieronymus (si tamen Hieronymus author illius verbi est, quod semper sub iudice manet, eo quod non inuenitur in operibus eius) non cōnumerauit inter coniugia legitima pro tēpore legis gratiæ, sed tātum pro tempore legis antiquæ, matrimonium raptoris cum rapta, interueniente cōsensu patris vxoris raptæ: & ideò verbum inductum ex mente Hieronymi nullo modo reluctatur Conciliorum decretis, intelligendis omnino pro tēpore gratiæ. Sed neq; Gratiani sentētia reprehensione digna est, eo quod licet iure Canonico antiquo interdictum inueniatur matrimonium inter raptorem, & raptam:[m] nullum tamen verbum reperitur in eis per quod tale matrimoniū reputetur irritum, vt obseruauit Thomas Sanchez,[n] præsertim, quod postea in cap. finali tale matrimonium conceditur: & hodie per Concilium Tridentinum, adhuc non omnis raptus matrimonium dirimit; sed ille tantum qui matrimonia contrahendi causa fit: vt ostendit ipse Sanchez.[o] In nullo ergo Gratianus à veritate deflexit, aut lapsus est, nisi tantùm in sinistra commentatorum interpretatione, qui imposuerunt illi verbum

[m] De puellis, ca. si autē, & cap. placuit, 36. q. 2.
[n] Libr. de impe. matr. d. 12. q. vlt.
[o] Vbi sup. aut. 13 q. 1. num. 2.

bum, quod ipse non somniauit. Hæc in gratiam & patrocinium fratris prolixius dixisse, & quasi per digressum, nec mihi pigrum, nec vobis debuit esse molestum. Negamus igitur, elogium tributum Gratiano. Ad duo alia testimonia Gersonis & Panorm. in eadem confirmatione inducta respondetur, intelligenda esse iuxta sensum vltimi dicti præsentis capitis.

44 Resp. ad 2. arg. n. 23. & explicatur quomodo maior pars Episcoporu possit errare, quo modo vero non.

Ad secundum num. 23. resp. negando consequentiam: quia aliud est loqui de Episcopis, quatenus priuatæ personæ priuatis præsunt Ecclesijs per totum orbem diffusis: aliud autem de eis prout iudices in vniuersali Ecclesiæ Concilio cōgregatis. Vnde licet priori modo sumptis errare possit maxima pars illorum, vt de facto errauit, partim ex metu, partim ex fallacia & deceptione, & partim ex ignorantia, temporibus Constantij Imperatoris, nō tamen secundo modo propter Christi & Spiritus Sancti assistentiam promissam illis, qui in nomine Christi conueniunt & congregantur, vt congregantur in Concilio Episcopi. Sed de hoc alibi cum de irrefragabilitate definitionum Concilij dixerimus.

Ad tertium numer. 24. respondetur, Concilium illud Ariminense verè legitimum non fuisse, vtpotè congregatum iussu Constantij Imperatoris Arriani, potius quàm Summi Pontificis: sententiam vero nostram

45 R. 3. arg. nu. 24. & ostenditur Conciliū Arim. illegitimi fuisse.

procedere de Concilijs legitimè cōgregatis, & legitimè in congregatione persistentibus. Præterquam quod modò non disputamus de veritate & soliditate sententiæ Conciliorum, sed de authoritate & valore in ratione sententiæ; Vtrum illa habenda sit pro sententia iuridica Cōcilij, quæ profertur à maiori parte in Concilio? An verò Ecclesia possit errare in huiusmodi definitionibus, necne, alterius est iudicij? Potest esse vnum sine alio ex natura rei, vt patet in foro politico, vbi maior pars sententiam facit, etiamsi sententia sit iniqua, & contra leges moresque lata.

Ad quartum num. 25. respondetur sicut ad secundum & tertium.


46 R. duob' vltimis argu. nu. 25. & 26.

Ad vltimum num. 26. iam patet ex dictis propositione 34. nec tunc ab vnius tantū suffragio pendere credendum est tota reipublicæ salus, sed potius ab illo quatenus reliquis copulatus, sicut species numeri non omnino pendet à singulari vnitate, sed ab illa vt vnita, & addita alijs.

CAPVT QVINTVM.

Respondetur tertio argumento primi capitis, & ostenditur sententiam Concilij pendere à Decreto Pontificis, non autem è contra.

47 Arg. q Pontifex Romanus Conciliorum decretis ligetur.



Tertium argumentum primi capitis inquirit duo: primum est An Romanus Pontifex decretis Conciliorum ligetur? Secundum an Conciliorum decreta egeant Romani Pontificis approbatione?

A primo autem incipientes videtur, quod sic: quia Romanus Pontifex est Præses: & vt capite præcedenti conclus. 4. ex Bellarminio diximus, *Præses Concilij debet sequi in decreto formando maiorem partem Concilij.*

48 Ostenditur Rom. Pont. nō ligari Cōciliorum decretis.

Sed nihilominus cum Turrecrem. p negatiuè respondendum est, vtique Romanum Pontificem Conciliorum decretis non ligari. Primo quia vt Nicolaus Pontifex. q dicit: *Non potest iudicio inferior potiorem ligare:* Quare Propheta dicit: r *Non potest securis gloriari contra eum qui secat in ea.* Vnde cum Cōcilia sanctiones & sententias proferant virtute & authoritate Romani Pontificis, non possunt gloriari in eum, id est, tamquam superiores ligare, & subijcere illum.

p *Lib. 3. sum. ca. 54.*
q *In cap. inferior dist. 21.*
r *Esai. 18. 15.*

Secun-

s In cap. innotuit de elect.

Secundo quia Innocentius III. s ita habet: *Quamuis canon Lateranensis Concilij à prædecessore nostro editum electionem illegitimorum annullauerit: nobis tamen per eum non fuit dispensandi facultas adempta. Cum par in parem non habeat imperiũ.* Ecce qualiter declarat Pontifex, quod etiam decretum Concilij authoritate Pontificis roboratum Pontificem non ligat. Ex quo sequitur, quòd benè potuerunt Leo I. & Damasus inuertere canones à maiori parte illorum Cõciliorum, quæ argumento referuntur editos & conditos. 49

Rursus idẽ ostenditur.

Tandẽ quia proinde à Concilijs ad Rom. Pont. de hoc prouocatum est, ab his qui se à Concilijs læssos conquerebantur, vt Athan. à Concilio sedis honore spoliatus ad Iulium, iuxta Sozom. t Flauianus Episc. Constãt. à Concilio Ephes. 2. ad Leonem, vt ipse Leo scripsit. v Et ad eundem Leonẽ Theodoretus Cyprian. Episc. à Concilio Ephesino damnatus, vt liberatus Breuiar. cap. 12. Chrysost. Synodi decreto exul ad Innoc. Pontif. vt patet ex epistola eiusdem D. Chrysost. ad Innoc. 50

t Lib. 3. cap. 7.
v Epistol. 25. quæ est ad Theodosium Imperat.
x Sup. lib. 1. Concilij 18.

Raro Põtifices irritarunt decreta à maiore parte Cõcilij.

Est tamen hic notandũ cũ Bellarminio, x quòd fortè numquã accidit Pontificem vsum fuisse authoritate ista irritandi decreta à maiori parte Concilij edita, nisi in decisione illorũ dolus aliquis & fallacia deprehensa fuerit, vt deprehẽsa fuit in constitutione decretorũ, quæ vterque iste Pontifex irrita fuit: vt enim ex Rufino habemus Patres Cõcilij Ariminensis decepti sunt, & errore ducti authoritate illius verbi Græci: *Omousios.* Et vt est videre in Concilio Calcedonensi, y legati Romani Pontificis grauiter conquesti sunt, quod in absentia sua decretum illud fraudulenter factum est, quo contrà definitionem Concilij Nicæni sancitum est, quod Patriarcha Constantinopolitanus Patriarchis Antiochiæ, & Alexandriæ præferendus omnino veniret: propter quod irritauit Leo I. constitutionem illam quantumcumquè à maiori parte Concilij editam.

y Act. 15. & 16

R. arg. in cõtrariũ ex n. 47.

Ad argumentum autem in contrarium respondetur, aliud esse pronuntiare decretum maioris partis tanquam decretum Concilij, aliud vero tali decreto ligari. Primum enim est onus Præsidis: sed non secundum. Et sic cum Romanus Pontifex sit supremus Ecclesiæ Princeps & iudex, non sequitur, quod si tenetur ad illud, teneatur ad istud. 51

Pontifices non tam irritant Cõciliorum decreta quàm dispensant.

Quod si dixeris, elogium relatum ex Innocen. III. ostendere, non solum quod Pontifex non ligatur decretis Concilij, sed vlterius, quòd aliquis Sũmus Pontifex irritauit decretum, in cuius conditione nullus intercessit dolus. Respondetur Innocentium Concilij Lateranensis non irritasse decretum, sed tantùm dixisse, sibi non fuisse demptam potestatem dispensandi in illud. Vnde relinquitur, & quod Pontifex non ligatur, neque teneatur Conciliorum decretis; & quod nihilominus non inuenitur irrita esse decreta à maiori parte Concilij pronuntiata, nisi in illorum conditione dolus, aut fallacia intercesserit. 52

Arg. Cõcilij decreta nõ egere approbatione Põtificis.

Ad secundum autem etiam videtur certa pars negatiua eo, quod non omnia Concilia generalia habent talem confirmationem, vt videre liquet in secunda & tertia Synodo generali: cùm tantum huiusmodi Synodi irrefragabilis authoritas sit. 53

Ostenditur Conciliorum decreta egere Põtificis approbare ex praxi Ecclesiæ

z Act. 3.

Nihilominus respondendum est affirmatiuè, ex capite significasti extra de electione, vbi dicitur, quod Concilia ex Romanæ Ecclesiæ authoritate facta sunt, & ab illa robur acceperunt: vtique quia sicut ad Romanũ Pontificum spectat Concilia indicere & congregare, ita & diffinitiones ac leges ipsius confirmare, vt patet perpetuo vsu, atque consuetudine Ecclesiæ. In primis enim primum Concilium Nicænum petijt per particularem epistolam à Syluestro Pontifice confirmari, *vt regula nostra* (inquiunt) *fixos possit habere gradus.* Deinde Concilium Calcedonense, z alloquutione ad Martianum Imperatorem rogat ab Imperatore, vt Synodum illam curet roborari authoritate Pontificis quam confirmare distulit Pontifex, propter decretum illud de præeminentia Patriarchæ Constantinopolitani, modo relatũ, 54

vsq;

vsque dum tandem confirmauit Concilium interuentu Valentiniani Imperatoris scribentis ad Leonem Pontificem iudicium Ecclesiasticorum Orientis suspensum esse circa decreta Concilij Calcedonensis, eo quod ab Apostolica fide non esset confirmatum. Sexta Synodus generalis à Leone Papa. Concilium Constantiense à Martino V. & denique Tridentinū à Pio Quarto confirmata sunt.

Id ipsum colligitur ex Cōcilio Calcedonēsi, a & ex Gelasio Papa, b & ex epistola Concilij Ephesini ad Nestorium, & Agatonis Papæ ad sextam Synodum, & Innocentij I. c & aliorum, de quibus plura Osius. d

a Action. 5.
b Epist. 5. ad Episcopos Dardaniæ.
c Epist. 25.
d Lib. 2. contra Brentium.

55 Eadem pars affirmatiua ostenditur ex Scriptura.

Deniq; probatur ex Scripturæ historijs. Ex illis enim cōstat, in primis Paulū adijsse Petrum, vt cū illo conferret Euangelium, vt eius authoritate confirmaretur, vt notauit Hieronymus e & Augustinus. Deinde Euangelium Marci prius probauit Petrus, vt habet Hieronymus. f Constat autem, quod si ipsum Euangelij verbum à Paulo & Marco euulgandum, oportuit recognosci prius, & probari à Petro, quod multo magis oportet sāctiones Ecclesiasticas ab vniuersis Concilijs editas probari, & approbari Romani Pontificis authoritate.

e Ad Galat. 1.
f De scriptor. Eccles.

Ex his sequitur, quod neque in decretis fidei, neque iurisdictionis, aut morum ligetur Romanus Pontifex Conciliorum sententijs, quas ipse nondum approbauit: quia vsque ad definitionem illius non continent certam fidei regulam.

56 R. argu. num. 51. & ostenditur cur non omnia Concilia legitima contineant Romani Pontificis approbationem.

Ad argumentum autem in contrarium respondetur, esse quidem aliqua generalia Concilia, in quibus Apostolica confirmatio non inuenitur: non tamen quia reipsa confirmata non sint, sed quia specialiorem confirmationem obtinuerunt, vel saltem approbationem: vtique quia ex præscripto speciali Romani Pontificis edita sunt. Romanus enim Pontifex sæpe rescripto suo definiebat res aliquas, quas Concilijs mittebat, vt etiam Concilij nomine in vulgus prodirent, & hoc pacto secunda & tertia Synodus generalis approbatione Pontificis munitæ sunt. Propter quod dixit Gregorius, g quod ex Concilio Constantinopolitano I. recepit Ecclesia damnationem Macedonij, quia nimirum facta fuerat huiusmodi damnatio ex Damasi Papæ præscripto. Subdidit etiā; quod Ecclesia non recepit omnes canones, huius Cōcilij, vtique quia editi non fuerūt ex decreto & directione Pōtificis, neq; post decisionem illorum ab ipso confirmati. Necessum ergò est, vt Conciliorum Canones, siue antecedenter, siue consequenter obtineant Pontificis confirmationem, vt vim obligandi contineant.

g Lib. 3. registr. epist. 31.

Neque contra hoc vrget, quod Concilia sint forum iudiciale; quia de ratione fori iudicialis non est, vt verbum maneat apud ipsum, sed potius apud supremum dominatorem & Principem, cui tale forum substernitur. Maximè quando vsus & perpetua consuetudo id ferunt, vt in causa Conciliorum Romani Pontificis.

CAPVT SEXTVM.

Respondetur quarto argumento primi capitis, & ostenduntur conditiones & proprietates fori iudicialis, quibus gaudent Concilia.



QVartum argumentum primi capitis eò tendit, vt ostēdamus seorsum & in particulari, quasnam fori iudicialis proprietates & cōditiones Concilia generalia sortiantur: ad quod diuersis propositionibus satisfaciendum est.

57 Prima propositio per se, & absolutè loquendo, ad solum Romanum Pontificem

tificẽ ſpectat authenticè declarare Cõciliũ congregatũ eſſe legitimũ iudicẽ, per accidens autem ad ipſum Conciliũ legitimè cõgregatũ pertinere poteſt.

Per ſe loquẽdo ſolus Põtifex poteſt declarare quod nã Concil. ſit legitimum, per accidens tamen id etiam poteſt Cõciliũ ipſum

Prima pars patet ex eo: quod ad ſolum illum pertinet declarare forum & iudicem, ad quem pertinet creare, congregare, & conſtituere, ſed ad ſolum Romanum Pontificem per ſe pertinet congregare, & conſtituere Concilia generalia: ergo ad ſolum illum pertinet declarare quid ſit legitimus iudex. Minor abunde patet ex dictis ſupra dubio ſecundo per totum.

Secundo probatur ex eo quod per accidens, vtiq; etiam in caſu quo Pontifex rogatus & requiſitus, vt propter ingruentem & extremam neceſsitatem Concilium cogeret, nec tamen acquieſceret, vt in caſu quo eſſet hæreticus, aut vehementer ſuſpectus de hæreſi, aut etiã propter diuturnũ morbum eſſet mentis impos habitualiter: aut deniq; propter inimicorũ eius violentam oppreſsionẽ aut captiuitatem inacceſſus, tunc ſicut Conciliũ poteſt congregare ſeipſum neceſsitate vrgente, ita poteſt authorizare, & pronunciare ſe iudicem competentem, & in ſe eſſe iuriſdictionem ſaltim circa ea, quæ tunc temporis Concilium generale poſtulat. Vnde Iacob. *h* ex multorum iuris prudentiũ aſſenſu, particularite autem ex Felino adducit. Et quod Conciliũ eſt iudex in cognoſcendo an crimen obiectũ Papæ ſit tale. Et quod eius cognitio ſpectet ad generale Concilium? Indicat etiam ex Abbate, quod Concilium cognoſcit de cauſa Papæ cum rationabiliter dubitatur an ſit hæreticus, quia ex Innocen. & alijs, *i* data eſt poteſtas procedendi in dubijs eiſdem, quibus datur in notorijs. Vnde cum Concilium habeat poteſtatem pronunciandi ſe iudicem contra Papã, quando eſt notorius hæreticus, ita quando prudenter de tali crimine dubitatur. Et per hoc patet ad primum inconueniens argumenti.

58 In quo caſu Cõcilium poteſt declarare ſe ipſum vt legitimũ.

h Li. 3. Con. ar. 10. num. 1.

i Sup. c. ad Roman. in 9.

Secunda propoſitio Concilium generale, cui præeſt Papa, recuſari nõ poteſt, bene tamen illud cui Papa non præeſt. Prima pars huius propoſitionis patet ex eo, quod eſſet recuſare Papam, & iudicium Papæ: cum tamen Papa recuſari non poſsit. Tum quia Papa eſt ordinarius ordinariorum, vt de Gelaſio refertur *K* & ex Nicolao. *l* Tum quia non reſtat ſuperior ad recurſum, tum quia alias poteſtas Papæ facile elidi, ac declinari poſſet, *m* tum quia in Papam veriſimiliter non cadit ſuſpicio. *n*

59 Quod nã Conciliũ poteſt recuſari, quod vero non.

K 9. q. 3. c. cũcta.

l In cap. per principalem, epiſt. ad Michaelem Imp. eadem cauſa, & quæſt.

m Argu. in cap. nonnulli, & cap. cum timore, de reſcript.

n Cap. cum veniſſent, de iudicijs, & cap. poſtremo de appellant.

Secunda etiam pars patet ex eo, quod vt habet Baldus, *o* eo ipſo quod caput Synodi ſuſpectum eſt, redditur tota Synodus ſuſpecta. *p* Vnde refertur de quodã Anaſthaſio Parenorũ Epiſcopo, quòd vſq; tertiò vocatus ad Synodum, cui non Papa, ſed alius ſibi nimium infenſus & inimicus præſidebat, quia ire detrectauit, condemnatus eſt: at cum illicò reclamaſſet & recuſaſſet iudicium propter vehementer ſuſpectum contra ſe Præſidem, Concilium recuſationem admiſit, & tanquam ſufficientem recepit.

60 Quando Concilij Præſes ſuſpectus eſt, totũ ipſum Cõciliũ ſuſpectũ redditur

o L. 1. c. ſi Rector prouinciæ.

p 3. q. 5. ca. quod ſuſpecti.

Neque obſtat Concilia eſſe ſumma tribunalia: quia licet in ratione tribunalium ſumma ſint: in ratione tamen poteſtatis & iuriſdictionis ſumma non ſunt: hoc enim perſonam tantùm concernit Pontificis: & ideò cum ad Pontificẽ pateat acceſſus, recuſatio iuſta nulla deneganda eſt.

61 Qualiter Concilia ſint, & non ſint ſumma tribunalia.

q d. cap. quod ſuſpecti, & l. fin. C. de ſententiis.

Eſt tamen notandum, quod in præmiſsis caſibus pro parte præcedenti, in quibus ſpectat ad Concilium pronuntiare ſe iudicem, non licet Conciliũ recuſare: quia tunc Conciliũ habet quantum ad hoc priuilegia Summi Pontificis: vtpotè quod pro tunc non pateat recurſus ad aliũ. Videatur Thom. Cãpegius. *r* & Iacob. *s*. Et per hoc patet ad ſecundum inconueniens.

r Tract. de Concilij cap. 26.

s Lib. 3. Conciliorum art. 11. à num. 1.

Tertia propoſitio Concilium generale per ſe loquendo non habet iuriſdictionem erga qualeſcunque cauſas criminales, ſiue ciuiles, niſi tantũ erga illas quarum deciſio à Summi Pontifice illi demandata eſt: per accidens tamen poſſet habere illam.

62 Quod nã Cõciliũ ſit irrecuſabile.

Prima pars huius propoſitionis militat contra Thomam Campegium, *t* & contra alios à Iacobatio relatos: *v* ſed patet in primis ex eo, quod cum Conci-

63 Oſtendi

t Vbi ſup. cap. 24

v Lib. 5. de Concilijs, art. 8. à n. 1. vſque ad 8.

tur Concilia ex ſe non habere iuriſdictionẽ, niſi à Rom. Pontif. aduerſus quemlibet.

Concilium Calcedonen. iudicasset contentionẽ quandã inter Patriarcham Constantinop. & Antiochenum, Leo I. scribens Anatolio tunc temporis Patriarchæ Constantinop. in cuius fauorem sententia pronunciata est, grauiter nimium tulit & damnauit, quod Concilium collectum ad confirmationẽ fidei sese intromiserit in decisionibus aliarum causarum.

64 Deinde probatur ex eo, quod Nicolaus Papa, x dixit, perperam factum esse, quod Ignatius Patriarcha depulsus à propria sede fuisset, cum causa illius, nõ ad diffinitionem, sed tantum ad inquisitionem Concilio demandata fuerit. Ecce qualiter Pontifices volunt, vt Concilia eas dumtaxat causas diiudicẽt, quæ illis expresse committuntur, non autem alias.

Tertiò probatur ex eo, quod iudicare de vniuersis causis est proprium Sedis Apostolicæ, y sed si Cõcilium hoc faceret, aut facere authoritate propria posset, esset ponere diuisionem inter illud & Papam, & constituere duo simul & independentia tribunalia, ex quorum oppositis sanctionibus schismati causæ darentur. z

Quartò probatur ex eo, quod si generalia Concilia possent audire omnes

65 causas, perpetuò durarent Concilia: quia causæ & litigia fer . . umquam terminantur, & in sola vnius causæ instructione & decisione plurimum temporis insumitur.

Denique probatur ex eo, quod Concilia generalia accipiunt iurisdictionem à Summo Pontifice, vt supra ostensum est ex eo, quod solus vniuersalis Pontifex habet vniuersalem iurisdictionem. a Ergo Concilia illam tantum

66 iurisdictionem erga causas obtinent, quas à Summo Pontifice obtinent vel accipiunt.

Quod si obijcias ex Thoma Campeg. b sæpe Concilia de causis particularium personarum agnouisse, & pronuntiasse: quoniam vt refertur, c Concilium Tolent. octauum dixit, oportere querimonias partium Presbyterorũ decernere, & dicitur, d quod clericus potest recurrere ad Synodum, si putat districtionem Episcopi sui esse iniustam. Et in capite fidelia habetur, e quod

67 pater habens filiam monacham & nubere volentem deferat causam ad Concilium. Et in capite perlatum f iudicauit Concilium Triberien. de ingenuo quodã qui se in seruitutem dederat inuita vxore, quod vxor libera permaneret. Resp. hæc omnia accidisse extra Concilia generalia, & non fuisse sanctiones generales, sed particulares tantum concernentes, vel nationalia, vel prouincialia Concilia.

Si autem obijcias iterum Concilium Calcedonen. (vt legitur, g) audiuisse querelam Basiani Episcopi Ephesi, quod passus foret violentam eiectionem

68 ab Episcopatu, & causã diiudicasse: resp. id factũ fuisse, vel de expressa, vel de præsumpta licentia Pontificis: vel quia forte id expediebat ad hoc, vt examinarentur Episcopi, qui iure erant admittendi ad Concilium; ad quam discussionem omnia Concilia (eo ipso quod pronunciantur Concilia legitima) authoritatem habent.

Adde etiã quod (vt Ægidius notauit, h) licet clauis iurisdictionis vniuersa-

69 lis tantũ sit penes Pontificem, ex antecedenti tamen potest esse circa Concilium generale, quatenus ipsi Episcopi & Archiepiscopi, qui ibi conueniunt sibi iurisdictiones & territoria ad inuicem communicare possunt; vt communicasse inueniuntur, quando alicuius causæ decisio in vniuersali Cõcilio definita est & decisa, vtiq; per voluntariam iurisdictionis communicationem à diocœsano Episcopo. Et per hoc patet & probatur secunda pars huius tertiæ propositionis & patet ad tertium inconueniens argumenti. Patet etiam, quod Concilium adiri posit per viam querelæ in casibus sibi delegatis. Quoniam vt habet Thomas Camp. i si Concilium Prouinciale potest sic adiri ex capite propter Ecclesiasticas, cur non generale; cum gaudeat cæteris paribus maiori iurisdictione?

Vltima

Marginalia (left): Aliquando committuntur causæ Cõcilij non ad decernendum sed ad inuestigandum. — Cuius sit de vniuersis causis iudicare. — Cur non expediat concilia de omnibus iudicare. — Obijcitur contra prædicta à nu. 61. & diluitur obiectio. — Iterum obijcitur & obiectio obstruitur. — Ex accidenti potest Concilio iurisdictio cõpetere.

Marginalia (right): t Vbi sup. cap. 24 — v Lib. 5. de Concilijs, art. 3. à nu. 1. vsque ad 8. — x Epist. 2. ad Michaelem Imperatorẽ quæ hab. est in Concil. Calcedonen. act. 4. — y 1. q. 3. cap. Episcopus, & cap. cuncta per mundum, & cap. per principalem, eadẽ causa, & quæst. — z Cap. ex apibus 7. q. 1. — a Ostenditur 17. d. per totam, & in cap. significasti & elect. — b Vbi sup. — c Cap. intra cætera. — d Cap. clericus 11. q. 3. — e Gratian. d. 27. — f q. 1. & 29. q. 1 — g Actione 10. — h Conf. 99. in 16 q. — i Vbi sup.

Vltima propositio: In omni Concilio generali quoad processum causarũ seruandus est ordo iudicialis. Ita Iacob. K & Ioan. Andr. & alij, imò addunt, quod non potest Concilium omittere solemnitatem iuris positiui neq; supplere defectus. Ratio est, quia Concilium cùm sit forum iudiciale, tenetur formam fori iudicialis sequi: siquidem in hoc nullum incõueniens apparet: ex opposito autem pullularent multa. Ex quo sequitur, quod in Concilijs debent admitti & audiri procuratores causidici & patroni pro vtraque parte causarum, & etiã creari fiscalis promotor quando alias actor non suppetit: quia omnia hæc requiruntur iuxtà præscriptum fori iudicialis, & iuxta exigentiam debitæ cognitionis ad resolutionem causarum. 70

K Vbi sup. nu. 64 Ioan. Andr.

In Concilijs ser uãdus est ordo iudicialis causarũ.

CAPVT SEPTIMVM.

Resp. 5. arg. primi capitis, & ostenditur, iurisdictionem Conciliorum semper esse iurisdictionem ordinariam.



Q Vinto argumẽto primi capitis satisfaciendũ est, ostendẽdo quale iurisdictionis genus sortiantur Concilia. Ad quod vniuersaliter dico, quod sortiuntur ordinariã iurisdictionẽ. Hoc patet ex eo, quod Cõciliũ, cui Papa præest, gaudet iurisdictione Papæ, quæ est ordinaria: *a* & tunc iurisdictio Pontificis illustrior redditur, non quidẽ quia fiat maior; sed quia maturiori exercetur cõsilio; & ideô multô magis ei tunc temporis parendum est. Si autem legati præsident, etiam habent iurisdictionem ordinariam: siquidem illa est iurisdictio ordinaria quæ habetur a Principe. *b* Si autem neque Pontifex, neque eius legati Concilio intersunt, & tamen Concilium conciliabulũ non est, vt potè quod aut non extat Pontifex, aut taliter extat quasi non extaret, vt vel per se, vel per legatos assisteret, ni mirũ, quia vel ab hæresi, vel ab hæreticis, aut infidelibus, aut etiã ab amentia omnino deprehensus est; tunc Concilium, vel à lege, vel à consuetudine habet esse iudicem causarum, quæ tunc temporis indigent generali Concilio: & constat illam etiam esse iurisdictionem ordinariam quæ vel à lege, vel à consuetudine habetur. 71

Cõciliorũ iurisdictio est ordinaria, quia est Papæ vel ab illo.

a Cap. per principalem. 9. q. 3.

b Cap. si Papa, d. 40. & cap. si qu. 1 pecunia a. 71.

c L. cum Episcopus, C. de Episcop. Audient.

d Glos. in cap. cũ contingit.

e L. 1. ff. de iurisdict. omnium iudicum.

f L. 1. ff. cũ in bonum, ff. de officio præfecti, & l. fin. cap. vbi, & apud quem.

Neque obstat quod de territorio obijcitur. Tum quia territorium non est requisitum essentiale ad iurisdictionem ordinariam, vt patet ex eo, quod Monacorum & monialium Præsules habent iurisdictionẽ ordinariã absq; territorijs, & alij, de quibus in Codice, & tamen non habebant territorium; c licèt iam habeant territoria. Patet etiam in domino habente iurisdictionem ordinariam supra suam familiam: & in magistro supra suum discipulum, *d* qui tamen nõ habent territorium. Et etiam patet ex Bartul. *e* Tum quia in tãtum iurisdictio ordinaria est annexa territorio, in quantum cuicumq; datur territorium datur etiam iurisdictio ordinaria. *f* Præterquam quod dici etiam potest Concilia generalia territoria habere, vtiq; vniuersum Christianũ orbẽ; cum omnes ei parere teneantur in decisionibus ac diffinitionibus suis. 72

Territorium nõ arguit iurisdictionem ordinariã.

CAPVT OCTAVVM.

Resp. tribus vltimis argumentis primi capitis.



A D sextum argumentum primi capitis resp. 1. sententiam Concilij esse decisiuam simpliciter, & secundum se: cõsultiuã autem nomine Summi Pontificis: in quantum ipse per Conciliorum sententias numquam ligatur, saltem per viam coactiuam, sed solum per viam directiuam; sicut reliqui Principes per decreta & sanctiones suorum regnorum. Et hac esse causam, ob quam non refert Pontifex decreta Conciliorum tamquam sententias sed tamquam consilia fratrum, vtpotè quod nomine Pontificis potius sunt consultores & directores, quàm iudices. Et hoc modo intelligendi veniunt Glossa & Inno- 73

R. 6. arg. primi capitis Cõcilia esse decisiua & consultiua respectu diuisorum

Innoc. g & alij, qui constituerunt Patres Concilij, cui præest Papa, habere vocem non decisiuam, sed consultiuam, vtique respectu personæ Pontificis, qui sententias Concilij, vt consilia tantum reputat vsque dum authoritate sua illas corroborat.

g *Sup. cap. fin.*

74 Resp. secundò, quod *Patres* Concilij habent consulere probare, asserere, definire, & iudicare in Concilijs, & ideò variè Pontifices referre solent Conciliorum subsidia, & officia: in Clementina enim ad nostrum de hæreticis, & alijs, *h* dicitur nomine Pontificis, *Sacro approbante Concilio*, & in alia, *i* dicitur *Sacro attestante Concilio*, & in alibi, k dicitur: *Sancti Concilij deliberatione præhabita*: & iterum *l* dicitur, *Authoritate Concilij prohibemus*: & rursum. *m De cernente nobiscum sancta Synodo*. Et ita cum aliquando dicitur de consilio fratrũ, non tollitur quin etiam fratres sint iudices & iudicium proferant.

Cõcilio rum decreta sint consilia Pontifi- bus.

h *Clem. de Magistris, & Clem. 1. de vsuris.*

i *Clem. quia tangit. de relig. Domimus.*

k *Cap. ad Apostolicæ, de re iudic. lib. 6.*

l *Cap. nimis de iure iurand.*

m *Cap. scelus 2. q. 1.*

75 Ad septimum argumentum resp. tantum probare Sacerdotes non exercere supremi iudicis officium, penes quem tantum erat summa rerum: vt postea fuit apud Reges. Licèt enim aliquando Sacerdos fuerit summus iudex, vt patet in Moyse, & Heli: aliquando etiam summi iudicis officio fungebantur hi, qui Sacerdotio functi non erant: vt Iosue & Samuel. Testimonium autem allegatum procedit de illo summo iudice, qui erat Præfectus, & Præses totius populi Hebræorum: is autem tantũ erat iudex sanguinis, vt potè supremus Iudex; per hoc autem non tollitur, quod Sacerdotes etiam in suo genere essent iudices, vt nunc sunt Episcopi & Ecclesiastici in causis Ecclesiasticis.

R. ad septimũ argumentum primi capitis, quod Sacerdotes aliquando sint iudices.

76 Ad octauum respondendum est ostendendo, an generalia Concilia habeãt determinatum Præsidem, & quisnam sit ille? Quia tamen disputatio hæc longiusculam petit disputationem; ideò sub singularis quæstionis titulo illam examinare placet: cuius autem hæc est species.

R. ad octauum argumẽtum 1. c.

DVBIVM SEXTVM.


Vtrum Conciliorum generalium Præses sit tantum summus ac Romanus Pontifex?

SVMMARIVM.

1 *Hæretici recentiores à parte negatiua.*
2 *Argum. 1. à parte negatiua.*
3 *Cur Concilijs Pontifices sæpissimè non intersint?*
4 *Arg. 2. pro eadem parte negatiua.*
5 *Arg. 3. pro eadem parte negatiua.*
6 *Arg. 4. pro eadem parte negatiua ex plurium Conciliorum Historijs.*
7 *Arg. 5. pro eadem parte negatiua Scripturarum.*
8 *Arg. 6 pro parte negatiua.*
9 *De fide est pars affirmatiua.*
10 *Ostenditur primò pars affirmatiua.*
11 *Quis præfuit Concilio Nicæno?*
12 *Arg. Osium Corduben. præfuisse Concilio Nicæno.*
13 *Ostenditur Osium Cordubensem non præfuisse Concilio Nicæno.*
14 *Cur Osius subscripsit primus Concilio Nicæno, si tamen Præses eius non fuit?*
15 *Quis præfuit primo Concilio Constantinopolitano, quod fuit ex generalibus secundum?*
16 *Quis præfuit primo Concilio Ephesino, quod ex generalibus fuit tertium?*
17 *Quis præfuit Concilio Calcedonensi, quod ex generalibus fuit quartũ?*
18 *Quis præfuit Concilio secundo Constant. quod fuit quintum ex generalibus?*
19 *Quis præfuit Concilio 3. Constant. quod fuit sextũ ex generalibus.*

CAPVT PRIMVM.

Authores & argumenta partis negatiuæ.



PRO Parte negatiua quæstionis referuntur à Bellar. hæretici nostri temporis, videlicet Magdeburgen. Caluinus, Carolus Molinæus, & alij similes, contendentes ordinariorum Præsidem Conciliorum non esse Romanum Pontificem, sed debere esse Imperatorem, aut aliquem alium ab eo missum; aut si nullum mittat, debere ab ipsa Synodo constitui, & nominari. Hoc autem tam sibi, quàm nobis persuadere conantur aliquibus ex veteri historia argumentis petitis, quæ nos sigillatim in medium proponemus. 1 Hæretici recentiores à parte negatiua.

In primis enim (hoc sit primum pro hæreticorum sententia argumentum) nulli octo Conciliorum generalium, quæ in Ecclesia tamquam præstãtioris authoritatis habentur, Romanus Pontifex interfuit: vt videre liquet in actis & gestis ipsorum. Imô neque Concilio Tridentino omnium ex generalibus extremo interfuit Romanus Pontifex, vt etiam videre licet in volumine eius. Signum ergo est, quod vel ipsorum Pōtificũ cõsciẽtia & interiori dictamine perspicuum est ad illos non pertinere Concilijs præesse: quoniam aliâs quid causæ fuisset quominus interesse recusassent? 2 Arg. 1. à parte negatiua.

a Lib. 3. sum. c. 13

Nec valet si dixeris cum Turrecremata, a id recusasse Pontifices ne à curia Romana abessent, in qua grauissimæ fideliũ causæ nõ rarò occurrunt, quæ citam expeditionem, & resolutionem præoptant. Vnde quando Concilia Romæ celebrata sunt, non distulerunt adesse talibus Concilijs. Non inquam valet: quoniam Vigilius Pontifex Constantinopoli aderat, dum Concilium quintum generale Constantinopoli celebraretur: & tamen interesse Concilio recusauit, & de facto non interfuit. Signum ergo est, quod si Romæ cunctis Concilijs Pontifices interfuere, id tãtum accidit quia Romæ præesse debebant tamquam Romani Episcopi, non autem alijs in locis, atque diœcesibus. 3 Cur Cõcilijs Põtifices sæpissimè non intersint?

Deinde Concilijs Orientalibus semper Imperatores assiderunt, & quidem (sine controuersia) in sublimiori loco: vt ipse hæreticorum flagellum Illustrissimus Cardinalis Bellarminius cõcedit, b vbi ortũ est quod in Concilio 4 Arg. 2. parte negatiua.

b Lib. de Conc.

Concilio Florentino, vbi Græci conuenerunt cum Latinis, vt vnionem cũ eis perficerent intra Ecclesiam Romanam; Græci contenderunt, vt Imperator illorum Summum in Concilijs locum occuparet, & Romanum Pontificem præcederet, vtique allegando antiquissimum possessionis atq; præscriptionis ius: Imperatores igitur, non verò Romani Pontifices, habent ius occupandi sublimiorem sedem in Concilijs generalibus; & proinde authoritatem, qua debeant præesse illis.

5 Arg. 3. pro eadē parte negatiua. Tertiò Imperatores antiqui Concilia generalia indicebant, & vniuersos Episcopos ad Concilia per edictum publicum conuocabant: & licèt reuerentius cum Romano Pontifice, vel Episcopo se habebant: quia illum non tã vocando, quã rogando, vt si ei placeret, veniret, vocabant; tamen motu suo vocabant, & illi cum reliquis Episcopis Conciliũ indicebant, vt patet ex Epistola Martiani Imp. ad Romanum Pontificem Leonem, quæ habetur ante Concilium Calcedonen. Cùm ergo eiusdem sit Concilium indicere & præesse Concilio, vt patet in omni Conciliorũ genere, tàm diocœsano, & prouinciali, quàm nationali, & generali: consequẽs est, quod si Imperatores indicebant Concilium omnibus Episcopis etiam Romano, quod ad Imperatores pertinet præesse Concilijs, etiam illis, quibus Romani Pontifices intersunt.

6 Arg. 4. pro eadē negatiua parte ex plurimũ Cõcilio-rũ histo-rijs. Quartò plura sunt exempla, in quibus Imperatores vel per se, vel per legatos suos controuersiarum Religionis & Fidei supremos iudices egerunt: ergo ad Imperatores spectat supremum iudicium controuersiarum Fidei, & proinde præesse Concilijs in quibus controuersiæ istæ tamquam in propria sede agitantur. Antecedẽs probatur. In primis enim cũ Athanasius disputationem conseruit cum Arrio, pro iudice & Pręside habuerunt de mandato Constantini Imperatoris hominem non solùm laicum, sed adhuc non baptizatum, & non Christianum, nomine Probum: vt patet ex ipso disputationis contextu, tàm in Athanasij, quàm in Vigilij Episcopi Tridentini operibus. Secundo iussu Helenæ disputauit Syluester Pontifex cum Iudæis, in præsentia quorundam Senatorũ Romanorum, qui tãquã iudices controuersiæ deputati sunt, vt patet ex Zonora. c Tertiò Donatistæ in causa Cæciliani postularunt iudices ab Imperatore, & cum Imperator assignasset illis pro iudice Romanum Pontificem, eum repellerunt & appellarunt, & assignatis alijs Episcopis in Gallia, etiam eos recusarunt: nec tandem quieuerunt vsque dum Imperator ipse iudicis officium præstitit. Iuxta quæ diuersis in locis referunt Optatus Milleuitanus, d & August. Quartò Episcopi Catholici, & Episcopi Donatistæ iussu Imperatoris cõuenerunt, apud Tribunum & Notarium Marcellinum iudices: vt refert August. e & in fine breuiculi ait: quod Marcellinus sententiã tulit, vt Iudex pro Catholicis cõtra Donatistas. Quintò Photinus impetrauit ab Imperatore iudices, coram quibus causam suam ageret: iuxta Sozomenum, f & Epiphanium. g Sextò Theodosius Imperator iussit, vt singulos Principes & assertores, tàm Catholicæ religionis: quàm etiam dogmatum Arrij, & Eunomij, adferrent ad se scriptam formulam fidei suæ; quod cum factum esset, Imperator impensè Deum orauit, vt animum suum dirigeret in vera fide eligenda: & tunc demum lectis omnibus confessionibus solam Catholicam approbauit, & eam seruari iussit. Iuxta quæ habentur apud Socratem, h & Sozomenũ. i Vltimum exemplum est istud, quod Theodor. k narrat videlicet, quod repugnantibus Romanis Episcopis, & omnino contradicentibus, vt Flauius constitueretur Episcopus Antiochiæ Ephesorum: Theodosius tamen Imperator aliter rem iudicauit, & iussit, quod Antiochenam sedem Episcopalem occuparet.

c In vita Constantini.
d Optatus Mileu.
e In Breuiar. collect. circa principium.
f Lib. 4. cap. 5.
g Heres. 61.
h Li. 7. 5. cap. 10.
i Lib. cap. 12.
k Li. 5. hist. c. 1.

7 Arg. 5. pro eadē parte negatiua exempli scripturarum. Quintò in veteri Testamento præcipui iudices in rebus tàm temporalibus, quàm spiritualibus, erant Principes & Reges; vtique Moyses, Iosue, Dauid, Salomon, Ezechias, &c. Ergo etiam in nouo Testamento iudices controuersiarum fidei, hoc est, supremi iudices debent esse Impera

tores & Reges: consequentia ista probatur, tùm quia omnia illis in figura cõtingebant: tum quia spirituales causæ illorum temporum eiusdem dignitatis & ordinis erant cum causis spiritualibus horum seculorum.

Denique semper in Concilio agitur causa Pontificum, & sæpè contra Pontifices: ergo Pontifex non potest esse Conciliorum Præses: antecedens in confesso apud omnes est, consequentia autem probatur, quia non potest esse iudex in aliqua causa, qui est pars formalis in illa. 8 Arg. 6 pro parte negatiua.

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur tamquam de fide pars affirmatiua quæstionis.

Nihilominus catholicorum omnium catholicum dogma est, quod ad solum Romanum Pontificem omnino spectat esse vniuersalium Conciliorum *Præsidem*, siue per se ipsum immediatè, siue (vt moris est) per suos legatos. 9 De fide est pars affirmatiua.

Ostenditur autem huius dogmatis veritas ex eo, quod ab initijs Conciliorum Romani Pontifices hoc munere præsidendi potiti sunt. In primis enim in Concilio, quod Apostoli primitus celebrarunt, pro electione Mathiæ, *a* Apostolorum Princeps Petrus Præsidis officium exibuit. In medio enim omnium exemplo Christi (vt ibi notauit Glossa) interfuit, & insurgens adstantibus rem proposuit, ob quam Concilium illud congregatum venerat. Constat autem esse munus Præsidis proponere & intimare adstantibus causam congregationis indictæ. Et postea in Concilio, quod *b* pro cessatione legalium celebratum legimus: ipse *Petrus* Præsidis locum occupauit, vt ex contextu colligitur, & expresse asseritur à Hieronymo in Epistola, quam scripsit ad Augustinum, quæ est 11. inter Epistolas Augustini. 10 Ostenditur primò pars affirmatiua.

a Actor. 1.
b Actor. 15.

Deinde Concilio Nicæno primo præfuit Summus Pontifex Syluester, non quidem per se, sed per legatos suos, vtiq; Victoriũ & Vincentiũ, Romanos Presbyteros, vt patet ex subscriptione illorum ad finem eorum actorũ Concilij: ita enim ait. *Victor & Vincentius Presbyteri Romani pro venerabili viro Papa Episcopo nostro sancto Siluestro subscripsimus, ita credentes, sicut suprà scriptum est.* 11 Quis præfuit Concilio Nicæno.

Vtrum autem Osius missus fuerit legatus à Syluestro ad Concilium istud, alterius instituti est; licèt in hoc loco disputari hoc videam, & pro parte affirmatiua cunctos inueniam, eo maximè præsidio fulti, quod ipse Osius dum direxisset Epistolam simul cum Victorio, & Vincentio ad Syluestrum Pontificem tali inscriptione insigniuit illam: videlicet, *Beatissimo* Papæ *vrbis Romæ omni reuerentia colendo Syluestro Osius Episcopus Prouinciæ Hisp. ciuitatis Corduben. Victor & Vincentius Presbyteri vrbis Romæ, ordinati ex directione sua, &c.* Hoc enim vltimum verbum (inquiunt cuncti) refert, tàm Osium, quàm Victorium & Vincentium, missos & destinatos fuisse à Pontifice, tamquam pro se legatos ad Concilium Nicænum. Alio etiam fulcro nituntur videlicet, quod nisi Osius, vt legatus *Præsidis* fungeretur officio, non primus omnium subscripsisset, nec in subscriptione epistolæ ad Papam se primum omnium nominasset, maximè in consortio Legatorum Pontificis. 12 Arg. Osiũ Cordubẽsem præfuisse Concilio Nicæno.

In contrarium tamen est, quod in subscriptione ad acta Concilij Nicæni non se dixit Osius legatum Pontificis, vt Victor & Vincentius, sed tãtum se significauit Episcopum Hispanum: ita enim subscripsit: *Osius Episcopus ciuitatis Corduben. Prouintiæ Hispaniæ dixit: ita credo sicut superius dictum est.* Videtur autem quod si legati officio decoratus esset, hoc in subscriptione sua nõ magis substituisset, quã substituerũt Victor & Vincentius & reliqui 13 Ostenditur Osiũ Corduben. non præfuisse Concilio Nicæno.

Romani

Cur Osius subscripsit primus Concil. Nic. si tamen Præses eius nõ fuit.

14 Romani Pôtificis in omnibus Concilijs legati. Adde etiã quod in illa inscriptio
ne epistolæ ad Syluestrum missæ, non asseritur Osius tamquam legatus, sed
tantum tamquam Episcopus: verbum enim, *Ordinati ex directione tua*. Imme-
diatè cadit supra Victorium; & Vincentium, non autem opus est referri ad
ipsum Osium.

Cur autẽ primus omnium subscripsit Concilio & insertus est subscri-
ptioni Epistolæ directæ ad Syluestrum, si tamen Præses non fuit, vt legatus
Pontificis. Difficultatem habet. Crediderim ego, quod ipse primus & potis
simus formulam fidei in illo Concilio Nicæno dictauit & edidit, adeò fideli
ter & sapienter, vt omnes subscripserint ei (iuxta quæ refert Athan. c) ideò c *Epi. ad solitar Virg.*
15 primus illam syngrapha sua munire debuit, & in Epistola missa ad Pontifi-
cem primũ occupare tamquã primus, qui in Concilio fidei formulam fecit.
Hoc dixerim in gratiam Hispani nostri, aliàs sapientissimi, & omnibus nu-
meris absoluti viri, cui vel ipsi sapientissimi Græci primas obtulerunt.

Quis præfuit primo Concilio Cõstãtinop. quod fuit ex generalibus secundum.

Item Cõcilio primo Constantinop. celebrato anno 381. licet Romanus
Pontifex, vtique Damasus, qui tũnc Ecclesiæ præerat, neque per se, neque
per legatos interfuit formaliter, aut præsentialiter; bene tamen virtualiter,
& simpliciter. Accidit enim quod cum secundò Concilium indixisset habẽ
dum Constantinopoli, postea verò, vt cognouit Episcopos Orientales illuc
iam conuenisse, decreuit & iussit, vt Romæ cogerentur, vbi Occidentales
Episcopos vocauerat, vt ita plenius Concilium celebraretur, & fierit in Oc
15 cidente Concilium vniuersalissimum, sicut in Oriente celebratum fuerat
Concilium Nicæn, & ob iustas & rationabiles causas Episcopi Orientalis
Romam venire non potuerunt: vt autem ne in vanum laborassent, tanto
emenso itinere, decreuerunt Constantinop. Concilium celebrare tam-
quam Romani Pontificis membra, vtpotè quod ipse habebat eos tamquam
filios; ipsi vero eum tamquam pastorem & patrem, qui sub censura illius
omnia sua decreta submittebant, vt videre liquet in epistola Concilij ad Da
masum, & Damasi ad Concilium.

Quis præfuit primo Concilio Ephesino, quod ex generalibus fuit tertium.

Rursum Concilio primo, Ephes. celebrato anno salutis 430. præfuit
Romanus Pontifex vtiq; Cælestinus per suũ legatũ Cyrillum: vt videre est d *Lib. 1. cap. 4.*
17 apud vniuersos historicos vtique Euag. d Phocam. e & Prosperũ in chroni- e *Lib. de septem Synodis.*
cis, vbi dicit præcipuè restitisse Cyrilli industriam, & Cælestini authorita-
tem hæretico Nestorio: & apud Niceph. f dicentem adeô magni fecisse hoc f *Lib. 25. cap. 34*
priuilegium datum â Cælestino Cyrillo, vt deinceps Cyrillus appellaretur
iudex vniuersi orbis: quæ verba vt notatu dignissima inducit Bellarm. ad eli
minandam calumniam singularem Caluini dicentis, quod Cælestinus artifi-
ciosè donauit legationem illam Cyrillo: quoniam sciebat, quod Cyrillus e-
tiam sine ea futurus erat Concilij Præses.

Quis præfuit Cõcilio Chalcedon. quod ex generalibus fuit quartum.

In super Concilio quarto generali nimirum Calcedonen. primo celebra
18 to anno 451. præfuit Pontifex Romanus, vtiq; Leo I. per legatos suos Pas-
chasium Episcopum Basiliũ & Bonifacium Presbyteros, vt patet ex episto-
la ipsius Leonis, g & ex alia eiusdem ad Anatolium, ex quibus constat de ple g *Epist. 47. ad Cõcil. Calcedonen.*
nitudine potestatis suæ legatos istos misisse & nominasse; non autem (vt mẽ
titur Caluinus) de consensu, & beneplacito Theodosij Imperatoris.

Quis præfuit Concilio secundo Constanti. quod fuit quintum ex generalibus.

Præterea Concilio Cõstantinop. secundo ex generalibus quinto, præfuit
Vigilius Pontifex Romanus per legatum suũ Eutichiũ, vt constat ex episto-
la eiusdem Eutichij ad ipsum Vigilium, propter quod Zonoras in vita Iusti
niani dixit, Vigilium Pontificem fuisse Principẽ Episcoporũ, qui Concilio
generali quinto interuenerunt, vtique quia Vigilius interfuit, vt Præses il-
li Concilio per suum legatum.

Quis præfuit Concilio 3. Constan. quod fuit sextum ex generalibus.

19 Ad hæc tertio Concilio Constantinop. ex generalibus sexto celebrato
anno salutis 681. præfuit Romanus Pontifex Agatho per Petrum Gregoriũ
Presbyterum, ac Ioannem Diaconum legatos suos; iuxta Zonoram in vita
Constantini IIII. vnde in singulis Concilij actionibus isti primi omnium
nominantur, loquuntur, & subscribunt.

Secundo etiam Concilio Niceno, VII. ex generalibus, celebrato anno salutis 789. præfuit Rom. Pontifex Adrianus I. per legatos suos Petrum Archipresbyterum, & Petrum Abb. S. Sabbæ, vt constat ex Concilij actis, & est sine controuersia. 20

Concilium necnon Constantinop. IIII. ex generalibus VIII. habuit Præsidem Nicolaũ I. & post eius obitum Adrianum II. per legatos suos vtrq; per Donatum Episcopũ Hostien. & Stephanũ Episcopũ Ephesinũ, & Martinũ Diaconũ, missos à Nicolao I. & per Anastasium Bibliothecariũ, missum postea ab Adriano II. qui etiam confirmauit legatos missos à prædecessore suo Nicolao I. vt constat ex subscriptionibus ipsorum ad finem Concilij.

Quis præfuit Concilio 2. Niceno quod fuit septimũ ex generalibus.

Quis præfuit Concilio Constant. 4. quod fuit octauum ex generalibus. 21

Noueno Concilio generali, vtique Lateranen. I. sub Gregor. VII. celebrato anno salutis 1076. 10. Claramontano, celebrato sub Vrbano II. anno salutis 1096. 11. Lateranen. II. celebrato anno salutis 1080. sub Alexandro III. 12. Lateranen. III. celebrato sub Innoc. III. anno 1215. 13. Lugdunen. I. celebrato sub Innocen. IIII. anno 1244. 14. Lugdunens. II. celebrato sub Gregorio X. anno 1279. 15. Vienen. I. celebrato sub Clement. V. anno 1311. 16. Constantiens. celebrato sub Ioanne XXIII. anno 1414. 17. Basiliens. celebrato sub Eugenio IIII. anno 1431. (Pisanum consulto prætereo, vt omnino illegitimum, & ita neque in numero Conciliorum pono) 18. Florentino II. celebrato sub eodem Eugenio IIII. anno 1438. 19. Lateranen. IIII. celebrato sub Iulio II. anno 1511. 20. Tridentino celebrato sub Paulo III. anno 1545. Omnibus igitur istis Concilijs generalibus, quæ hactenus celebrauit Ecclesia, præfuerunt Romani Pontifices, siue per se ipsos immediatè, siue per legatos suos, vt in confesso, & sine controuersia est apud omnes, vt videre liquet in actis ipsorum Conciliorum: quare neq; ipsi recentiores hæretici veritatem istã in litigium vocant. Si ergo omnibus Concilijs generalibus præesse inueniuntur Romani Pontifices, signum est quòd illis conuenit tale præsidendi munus.

Quis præfuit Concilio 1. Lateran. quod fuit nouenũ ex generalibus, & reliquis. 22

Tertiò probatur dogma hoc Catholicũ ex eo, quòd in omni genere Conciliorum illius tantum est præesse, cuius est Concilium indicere, & vocare ad Conciliũ: sed hoc tantũ est Romani Pōtificis, vt patet ex dub. 1. c. 5. ergo. 23

Ratione ostenditur Rom. præsulẽ esse præsidẽ Conciliorum.

Quartò probatur sic. Illius tantum est præesse vniuersali Concilio, cuius est supreme de rebus Ecclesiæ iudicare: sed in primis Imperatores nullam iudiciariã authoritatem habent, aut iurisdictionem erica res Ecclesiasticas & spirituales, cum sint merè seculares & laici, quibus talis iurisdictio omnino denegata est & interclusa, vt patet ex dub. 3. c. 7. per totum. Neq; Episcopi particulares gaudent suprema & vniuersali iurisdictione, sed tantum particulari, & subordinata erga suas Ecclesias, cum sint particularium Ecclesiarum particulares Episcopi. Ergo solius vniuersalis Episcopi, & supremi Pastoris est, vtique Romani Pōtificis tali suprema, & vniuersali iurisdictione gaudere: & proinde non nisi ipse, vel qui eius vices habuerit, Concilijs vniuersalibus præesse poterit.

Deniq; Sũmus Pōtifex est pastor, & pater vniuersalis Ecclesiæ, cui oues Christi cõmissæ in pastum ab ipso Christo sunt, iuxta illud, [b] *Pasce agnos meos, pasce oues meas*: id est, vniuersos fideles cuiuscumq; status & dignitatis sint vtrique, siue laici, siue Ecclesiastici, siue Principes, siue particulares personæ: sed Pastoris officium omnino est consulere de pascuis suarum ouium, & examinare & velut digito ostendere quænã pascua illis expediant, quæ verò non expediant: non autẽ est ouium iudicare, & tandem definire quisnam cibus expediat Pastori: ergo Romani Pontificis tãtum est omnino præesse Concilijs, in quibus res fidei & morum examinandæ ac definiendæ veniũt, pro salute & incolumitate vniuersorum fidelium: non autem erit, aut esse poterit munus alicuius alterius fidelis etiam Imperatoris, ita vniuersalibus præesse Concilijs: quia Imperator pascendus venit; nõ autem ad illum spectat, vt reliquos pascat: est enim in spiritualibus ouis, & non pastor. 24

Officiũ veri Pastoris.

[b] *Ioan. vlt.*

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

Respondetur argumentis primi capitis.

Resp. 1. arg. 1. capitis, & ostenditur cur Romani Pontifices Concilijs personaliter non semper intersint.

25 IAM Opus est contraria argumenta diluere: & quidem ad primum respondetur, quod sicut Principes seculares & Reges cõsulto nolunt publicis regnorum suorum Interesse comitijs, nisi rarò nimium: ita Romani Põtifices Concilijs vniuersalibus; & sicut illud non tollit, quin seculares Principes sint in solidum Præsides Regalium comitiorum: ita neque hoc impedit quominus Romani Pontifices priuatiuè sint præsides vniuersalium Conciliorum. Qua verò ratione ducti id faciant tàm Principes sæculares, quâm Ecclesiastici, non est nostrum iudicare; fortè præcauent ne in tanta tamque diuersa hominum frequentia, & assiduitate, visu aliàs, audituque venerabiles aliquantulum nihilentur: *Magna enim & maxima* (vt August. a inquit) *assiduitate vilescunt*. Et Liuius: b *Continuus aspectus minus verendos magnos homines ipsa societate facit*. Et Tacitus: c *Maiestati maior ex longinquo reuerentia*. Et rursum: d *Omne ignotum semper pro magnifico est*. Aliæ rationes ponuntur à Turrecremata, e & Bellarm. f vide:

His adde quod aliquando Romani Pontifices dignati sunt per seipsos Cõcilijs interesse, vt videre liquet apud Gratianum. g

Resp. 2. arg. 1. capitis.

26 Ad secundum argumentum respondetur tantùm probare, quod nos suprà h ostendimus, videlicet, Imperatores sæpè Præsidis locum in Concilijs occupasse, sed non rem, vt etiam ibi ex professo ostendimus.

Resp. arg. 3. 1. capitis.

27 Ad tertium argumentum respondetur, Imperatores Concilia illa indixisse, & Episcopos ad Concilia euocasse, non tamen indepédenter à Romano Pontifice, sed potiùs de consensu illius, & sub ratihabitione eius, imò de bene placito Sedis Apostolicæ, vt suprà i ostensum est: authoritas autem præsidendi Concilijs illi tantùm competit, cui absolutè & propria authoritate potest Concilia indicere.

Imperatores opẽ ferebant Pontificibus pro Cõcilijs congregandis.

28 Quod si obijcias, Romanos Pontifices tunc temporis etiam non indixisse Concilia, etiam independenter ab Imperatoribus: respondetur, quod Romani Pontifices non emendicabant authoritatem indicendi Concilia ab Imperatoribus, sed tantùm suffragia & vires, vt semel indicta, vel indicenda, de facto congregarentur; ita vt nulla congregationi repugnantia fieret; vt sæpè Ecclesiastici Principes auxilium sæcularis brachij implorant, pro bona seculariu causarum conuenientique expeditione. Imperatores autem emẽdicabant authoritatem indicendi Concilia à Pontificibus.

Resp. 4. arg. 1. capitis esse diuersa generaliu dicum.

29 Ad quartum respondet Bellar. more suo doctissimè & eruditissime, discurrendo per singula exempla. Breuiùs tamen responderi potest ad omnia simul, dicẽdo iudices illos nihil aliud fuisse (vt notauit Thomas Cãpegius k) quâm auditores altercantium, & testes gestorum: vt colligitur ex illis verbis octauæ Synodi generalis: l vbi ita dicitur: *Post hæc gloriosissimi Principes per Vabanum magnificentissimum patritium, & præpositum dixerunt: Imperatores nostri nos miserunt seruos suos, qui Senatus vocamur, vt simus discreti auditores eorũ, quæ geruntur*; auditores vtiq; nõ qui lité soléniter finirent, aut definirent: sed qui litigãtiũ iura prudéter & attéte explorarét, vt sic de ratione cuiusq; legitime postea possent sentẽtiã proferre corã omni poscẽte illã. Frequẽs enim in omni negotio est committere aliquibus, vt fratrum desidentium, atque ad inuicem concertantium rationes & sententias explorent, vt postea diiudicent, quænam illarum magis, minusvè à recto rationis tramite deuiet. Huiusmodi autem iudicia priuata omnino sunt, nõ autem iudicialia & publica. Quapropter cum Imperatores authoritate propria tales designabant iudices, aut sibi ipsis iudicandi officium reseruabant, de iudicijs particularibus & priuatis, non autem de lo-

a *Tractu 21. in Ioan.*
b *Lib. 3. & 5.*
c *Lib. 1. Annalium.*
d *Idem in agricola.*
e *Lib. 3. Summæ, cap. 21.*
f *Lib. 1. Conciliorum, cap. 19.*
g *Cap. in nomine Domini 26. d. & cap. si quis dogmata 20. q. 2. & cap. 1. de symonia.*
h *Dub. 1. cap. 5. solut. ad 2.*
i *Dub. 2. cap. 5. solut. ad 1.*
k *Vbi suprà.*
l *Act. 4.*

DVBIVM SEPTIMVM.

An Concilium legitimè congregatum possit in errorem labi.

SVMMARIVM.

1 Hæretici sunt à parte affirmatiua.
2 Arg. 1. pro eadem parte affirmatiua.
3 Confirmatur 1. primum arg. partis affirmatiuæ.
4 Confirmatur 2. idem primum arg. partis affirmatiuæ.
5 Arg. 2. pro eadem parte affirmatiua.
6 Confirmatur præmissum argumentum.
7 Arg. 3. pro eadem parte affirmatiua exemplo Conciliorum, quæ errarunt.
8 Arg. 4. ratione pro parte affirmatiua.
9 Arg. tandem pro parte affirmatiuâ quæstionis.
10 Arg. 1. pro parte negatiua quæstionis.
11 Arg. 2. pro parte negatiuâ.
12 Arg. 3. pro eadem parte negatiuâ.
13 Arg. 4. pro parte negatiua.
14 Arg. 5. pro parte negatiua.
15 Arg. 6. pro parte negatiua.
16 Arg. 7. per eadem parte negatiua.
17 Arg. 8. pro eadem parte negatiua.
18 Arg. 9. pro parte negatiuâ.
19 Diuersi Conciliorum status.
20 Aliud est errare Concilium, aliud verò errare omnes, qui intersunt Concilio.
21 Varij sunt, qui possunt dissentire a maiori parte Concilij.
22 Quibus modis possint legatos Pontificis assentire; aut dissentire Conciliorum decretis.
23 Aliud est errare in rebus pertinentibus ad religionem, aliud in alijs.
24 Concilium illegitimum posse errare in omnibus, exemplo multorum ostenditur.
25 Concilia legitima, discrepantia tamen ab instructione Pontificis, errare posse ostenditur.
26 Vt Concilium non erret opus est, vt sententia illius concordet cum sententia Romani Pontifici.
27 Quid de Legatis Pontificum agentibus præter instructionem.
28 Legatorum præsententia requiritur in Concilij.
29 Concilia Apostolorum erroribus obnoxia nec fuere, nec potuere.
30 Vt quid prohibitio suffocati, & sanguinis ab Apostolis facta?
31 Ostenditur non posse errare Concilia cohærentia decretis Pontificum.
32 Quid sit congregari in nomine Christi secundum aliquos.
33 Congregari in nomine Christi est authoritate Christi congregari.
34 Priores expositiones num. 32. refelluntur.
35 Episcopi ad Concilium vocati authoritate Pontificis, congregantur authoritate Christi.
36 Plurium concordia Deo gratior.
37 Aliquando Concilia prouincialia eiusdem authoritatis esse possunt ac generalia.
38 Scripturæ ostendunt Conciliorum irrefragabilitatem.
39 Græci Patres ostendunt Conciliorum irrefragabilitatem.
40 Latini Patres adstruunt Conciliorum irrefragabilitatem.
41 Ratione ostenditur irrefragabilitas Conciliorum.
42 Obijcitur præcedenti rationi: & obiectio diluitur.
43 Ab inconuenienti ostenditur Conciliorum irrefragabilitas.
44 Obijcitur contra præcedentem rationem, & obiectio recutitur.

Quanto


Cur


HÆc est quinta & vltima pars huius tractatus; & in qua disputandũ est de proprietatibus, ac prærogatiuis Conciliorum generalium: vtrum scilicet illorum iudicia infallibilia sint, atque irrefragabilis veritatis?

CAPVT PRIMVM.

Authores & argumenta partis affirmatiuæ.

Hæretici suntà parte affirmatiua.

1 
PArtem affirmatiuam aliqui ex antiquioribus hæreticis apud Conciliũ, a & multi ex recentioribus apud Turre. ic. b Cont. c & Bellar. d tuentur mordicus, asserentes, nullum fuisse, aut esse posse hominum Concilium, cuius sententia & iudicium irrefragabilis authoritatis sint. Hoc autẽ deliramẽti genus sibi & nobis suadere conantur quadruplici argumentorum classe Quarum prima desumitur ex sacris litteris. Secunda ex sanctis Patribus, Tertia ab exemplis, Quarta à rationibus.

a Tit. 1. thes. l. 7. a. 21.
b L. 3. Sũmæ cap. 58.
c 5. De Loc. c. 2.
d L. 2. Conciliorum, cap. 2.

Arg. 1. pro eadẽ parte affirmatiua.

2 Argumentantur igitur. Primò ex illis Sacræ Scripturæ locis, quibus mendacij redarguuntur vniuersi homines, etiam Sacerdotes & Prophetæ, nimirum illis: e *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* Siue vt habetur, *In fonte defecerunt, & defecerunt veritates à filijs hominum*, vtique quia omnes falsitatis dolo & mendacijs student. Et illis: f *Mendaces filij hominum in stateris*, id est, vel ibi homines deprehenduntur mendaces, vbi maximè veraces inueniri oporteret. Et illis g Psalm. *Omnis homo mendax.* Et illis Hierem. h *A Propheta vsque ad Sacerdotem quisque sectatur mendacium.* Et iterum: i *Prophetæ mendacium prophetant in nomine Domini.* Non ergo iudicium hominum irrefragabilis veritas est, aut esse potest.

1. arg. ex Scriptura.
e Psalm. 11.
f Psalm. 61.
g Psalm. 115.
h Hierem. 6.
i Cap. 14.

Confirmatur 1. 1. arg. partis affirmatiuæ.

3 Confirmant id primò alijs Scripturæ verbis, quibus cæcitatis, ignorantiæ, somnolentiæ, obliuionis, incuriæque & similium notantur vel ipsi Pastores & Vigiles, quibus animarum custodia demandata est. Esaiæ enim dicitur: K *Speculatores eius cæci omnes, neque quidquam nouerunt: omnes canes muti neque valent latrare: iacentes dormiunt & amant dormitionem: & Pastores ipsi nihil sciunt, neque intelligunt.* Item Hierem. l *Sacerdotes non dixerunt legem* Domini: *& tenentes legem meam nescierunt me.* Rursum: m *Lex periuit à Sacerdote & Concilium à Senioribus.* Quis autem audebit dicere, quod ab hominibus tam infimæ notæ possit prodire iudicium irrefragabilis veritatis?

k Esai. 56. v. 10.
l Hierem 20.
m Ezech. 7.

Confirmat. 2. idẽ 1. arg. partis affirmatiuæ.

4 Confirmatur secundò ex illa prædictione Pauli: n *Ego scio, quod post discessionem meam intrabunt lupi rapaces non parcentes gregi: & ex vobis ipsis exurgẽt viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.* Igitur etiam in statu Euangelicæ legis timendum nobis est, ne sub ouina pelle sæuiant in gregem Domini lupi truculentissimi, id est, Pastores & iudices Ecclesiastici. Et proinde liquidum non est ipsorum iudicium infallibile esse, sed timendum potius an sit falsum atque peruersum.

n Act. 20.

Arg. 2. pro eadẽ parte affirmatiua.

N. 5 Secundò arguitur ex Greg. Nazianzeno dicente: o *Ego ita animo affectus sum, vt omnia Episcoporum Concilia fugiam: quia nullum vidi cum depulsione malorum, sed potius cum accessione.* Et etiam ex August. dicente ad Maximum: p *Neque ego Nicænũ, nec tu debes Ariminense proferre Conciliũ: neq; huius ego authoritate, nec tu illius detineris.* Si ergo Nazianzenus refugit, atque respuit omnia Episcoporum

2. Arg. ex Patribus.
o In epist. ad Procop.
p L. 3. contra maxim. cap. 14.

coporum Concilia vt sententiam malorum: & August. asserit Maximinum nō teneri authoritate Concilij Nicæni; consequens est, vt de sententia Sanctorum Conciliorum decretis omnino standum non sit.

q L. 1. de Bap. c. 3. *r C. Domino d. 50.* 6 His quasi per confirmationem subijciunt eundem August. dicentē: *q Concilia plenaria priora à posterioribus emendari.* Et Isidorum monentem apud Gratianum nostrum: *r Cùm Concilia inter se dissentiunt, standum est antiquioribus, magisque probatis.* Quæ regulæ licet contrariæ sint, vtpotè quod Augustinus vult Concilia recentiora esse regulam corrigendi Concilia antiquiora; Isidorus vero è contra: tamen vterque admittit Concilia posse corrigi, & emendari: & proinde vterque admittit Concilia posse labi in errorem; alias quid corrigendum, emendandumvè esset in illis? Cōfirmatur præmiiu argument.

3. Arg. ab exemplis. *s 3. Reg. 22.* *t Ioan. 19. & 11. & Marc. 14.* *v Act. 15.* 7 Tertiò argumentantur exemplis in medium productis & petitis à Concilijs, quæ in errorem lapsa visa sunt. In primis enim inducunt Concilium illud quadringentorum Prophetarum; de quo scriptū est: *s* Vbi Prophetæ omnes temerè & incōsideratè toto cælo errarēt decipiētes fœde pessimè miserū Achab. Secūdò inducūt Cōcilia, quæ Principes & Pharisæi aduersus Christū collegerunt: *t* Quæ impietatis & falsitatis plena sunt. Tertiò inducūt vel ipsū Cōciliū Apostolorū de quo in actis Apostolorū; *v* vbi cōstitutū est, vt abstinerēt fideles à suffocato & sanguine: cū tamē Petrus ipse pronuntiasset fideles ab obseruatione legaliū absolutos esse, & cogi nō debere ad illa. Quare idē est fideles seruare legalia, siue ex parte, siue ex toto quod iudaizare. Constat autē, quod iudaizare blasphemia & errore simul plenū est. Quartò inducūt Cōciliū Nicænum I. eo quod vt habetur in Concilio Florent, *x* recipit Concilium Neocęsariense: in cuius tamen *y* inuenimus damnatas secundas nuptias: quod omnino erroneum est. Et rursum edidit canonem non minus erroneū Concilium ipsum de rebaptizandis Paulianis, id est, illis, qui à Paulianis hæreticis baptizati essent. Et postea alium eiusdem notæ, quo militia damnatur: quæ tamen vel ab ipso Baptista *z* approbata est. Quintò inducūt Conciliū secundum generale, vtque Constantinop. primum, in quo *a* asseritur, quod Primatus Ecclesiæ pertinet ad Summum Pontificem: cùm tamen in Concilio Nicæno I. *b* tribuatur Episcopo Hierosolymitano; & Concilium Cartaginen. III. decreuit neminem debere vocari Principem Sacerdotum, aut Summum Sacerdotem. Item in eodem can. idem Concilium constituit, quod post Romanum Pontificem debet Episcopus Constantinop. priorem sedem occupare: cùm tamen in Concilio Nicæno *c* concedatur secundus locus, Alexandrino Archiepiscopo, & tertiū Antiocheno, vt videre liquet cap. 9. Sextò inducunt septimam Synodum generalem, aliàs Concilium Nicæni II. damnatum à Concilio Francofordien. celebrato temporibus Adriani & Caroli Magni. Septimò inducūt Cōciliū Lateranē. sub Innocēt. III. in quo definitū est, vt haberetur pro fidei articulo panem transubstantiari in corpus Christi, & vinum in eius sanguinem: cùm tamen in Concilio primo Ephesino sub anathemate prohibeatur cunctis, alios articulos fidei præter expressos in Concilio Nicæno edere. Denique inducunt Concilium Constantien. *d* ferens excommunicationis sententiam contra laicos communicantes sub vtraque specie: cùm tamen Concilium Basilien. talem communionem Boëmis indulserit. Alia etiam Cōcilia inducunt tanquam in errores lapsa, sed quia vel sūt illegitima, vel omnino particularia, ab illis recensendis supersedeo: quia nostri instituti tantùm est agere de legitimis Concilijs generalibus: videri tamē possunt apud Bellar. *e* Arg. 3. pro eadē parte affirmatiua exēplo Cōciliorum, quæ errarūt.

x Ses. 2. *y Can. 7.* *z Luc. 3.* *a Can. 5.* *b Can. 3.* *c Con. 6.* *d Ses. 3.* *e Lib. 2. de Conciliis, cap. 8.*

4. Arg. à ratione petitum. 8 Quartò argumentantur ratione petita primum ex eo, quod qui diuersis in locis constituti & seorsum considerati possunt errare, etiamsi ad eundē locum omnino confluant, errare poterunt: quia sicut sanctitas loci non sanctificat homines, ita neque simultas reddit illos per omnia veridicos, vel etiā veraces. Sed omnes, qui Cōcilio intersunt, seorsū cōsiderati ex diuersis in locis cōstituti, falli possunt, ac fallere: igitur etiam in eodē loco cōsesuq; cōgregati, Arg. 4. à ratione pro parte affirtiua.

Tùm,

Tum secundò ex eo, quod si errare non possent, qui Concilijs intersunt generalibus, aut hoc esset ratione sapientiæ, qua ibidem fulgent; aut sanctitatis, qua pollent; aut ratione authoritatis, quàm habent; aut denique ratione alicuius promissionis & pollicitationis diuinæ: non enim apparet quodnam aliud possit ad prærogatiuam istam assignari caput. Sed in primis non propter primum, neque propter secundum: quia non semper sapientiores & sanctiores sunt, qui Concilio intersunt. Et tamen isti extra congregationem Concilij falli possunt, & fallere. Neque etiam tertium, quoniam authoritas quæcumque sit, neque importat summam sapientiam, nec summam veritatem, quæ soli primæ veritati in dicendo & cognoscendo conuenire possunt. Nec denique propter quartam. Nã si aliqua promissio esset maximè illa Christi Domini, f quam sæpè inculcant, & Catholici per se referunt, videlicet: *Vbi duo, vel tres in nomine meo congregati fuerint, in medio eorum ego sum.* Sed tàm hæc promissio, quàm aliæ similes non magis faciunt Concilijs generalibus, quàm particularibus: nam etiam in istis non solùm duo, vel tres, sed multi numero & nomine congregantur in nomine Christi: cum tamen sæpissimè in errorem lapsa notentur: ergo nihil est per quod rationabiliter asseuerare possimus Concilia generalia in errorem labi non posse. f *Matth. 18.*

7 Tum tertiò ex eo, quod esto Concilium legitimum generale errare non possit, adhuc non sequeretur, quod hoc vel illud Concilium in particulari errare non possit: quia constare non valet, an hoc, vel illud Concilium generale legitimum sit: quia constare non potest, vtrùm qui illi intersunt, sint verè Episcopi baptizati & ordinati, cum tamen Concilium generale legitimum constare debeat Episcopis baptizatis & ordinatis.

Tum denique ex eo, quod omnia quæ Concilij nomine circumferuntur, ex fide tantùm historicorum habentur: historici autem (si semel excipias diuinos) firmam & infallibilem fidem non faciunt, sed potiùs sæpè falluntur, & sæpè mentiuntur.

Arg. tandem pro parte affirmatiua quæstionis. 9 His tandem, quasi pro quinto argumento; possumus subijcere nos, quòd Conciliorum decreta sæpè ab vno tantùm eorum, qui Concilio intersunt, sanciuntur: vt constat ex actis Concilij Calcedon. ibi enim refertur quod Ethius Diaconus in Concilio Constantinop. g publicè & palàm sequẽtia verba pronuntiauit: *In sacratissimis Concilijs contigit frequenter vnum ex præsentibus Episcopis aliquid dicere, & quod ab vno dictum est tanquam ab omnibus dicatur, simul & scribitur, & intelligitur: hoc ab exordio subsequutum est in tantum; vt vno dicente scribamus; Sancta Synodus dixit: quoniam videntur omnes sancti Episcopi subscripsisse, cum vox non excluditur.* Id autẽ constat ex eo; quod sæpè in Conciliorum lectione inuenitur: *Osius dixit. Syluester dixit. N. dixit.* Quasi tota Synodus dixisset, & quod nomine vnius pronuntiatur quasi totius Concilij habetur elogium. Cum ergo vnius dictum infallibile omnino non sit; quantumcumque ab alijs repulsam non patiatur; consequens videtur, vt frequenter in Concilijs generalibus error possit obrepere: quia ad lapsum vnius possunt relabi cæteri qui subscribunt illi: & hæc ab hæreticis. Et pro illis. g *Act. 6.*

CAPVT SECVNDVM.

Argumenta partis negatiua.

Arg. 1. pro parte negatiua quæstionis: 10 IN Contrarium nihilominus sunt multa, magnique ponderis argumenta. In primis enim Concilia generalia repræsentant vniuersalem Ecclesiam, vt ex sententia sanctorum Patrum abundè ostensum est: a & adhuc ostendi potest ex eo, quod vt August. inquit: *Plenarij Concilij sententia, totius Ecclesiæ consensio est.* Propter quod Martinus V. in Concilio Constantien. inter reliquas interrogationes, quibus a *Dub. 3. cap. 5.*

bus suspecti in fide examinari iussit, eam etiā proposuit; vtrùm credāt, quod quodlibet Concilium generale vniuersalem Ecclesiam repræsentet; sed vni vniuersalis Ecclesia non potest labi in errorem, vt habetur, *b* & nos supra ostendimus: *c* igitur neque Concilium generale potest in errorem labi.

Arg. 2. pro parte negatiua.

11 Deinde quidquid dicitur definitiuè à Concilio, dicitur etiam ab Spiritu Sancto definitum. Propter quod ante omnem definitionem solent præmittere Concilia verba illa ex Apostolorum ore deprompta: *Visum est Spiritui Sancto & nobis.* Sed testimonium Spiritus Sancti est irrefragabile omnino, & quidquid Spiritui Sancto visum est omnimodam veritatem & securitatem continet: ergo etiam quidquid in vniuersali Concilio.

Arg. 3. pro eadē parte negatiua.

12 Tertiò decernitur, *d* vt statuta Conciliorum seruentur sicut ipsa quatuor Euangelia. Et iterum dicitur *e* Concilia alia si quæ sunt vltra illa principaliora, recipiantur etiā & custodiātur, vt illa: & alibi dicitur, *f* quod neq; authoritas Sedis Apostolicæ potest mutare decreta Patrum. Firma ergo & infallibilia omnino; non autem falsitati obnoxia decreta Conciliorum sunt.

Arg. 4. pro parte negatiua

13 Quartò, qui Concilio generali intersunt vt iudices, potissime sunt Episcopi, vt patet ex dubio 3. Episcopi autem vice Apostolorum sunt & vices Apostolorum in Ecclesia obtinent: *g* qui vero vt consiliarij, vel sunt Doctores clarissimi, vel concionatores celeberrimi, vel diuinarum literarum interpretes peritissimi, quibus verisimiliter competit illud: *h Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alij quidem per spiritum datur sermo Sapientiæ, alij scientiæ secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu.* Propter quod dicitur, *i* quòd ista ab Spiritu Sancto dicuntur: quia (vt dicitur *K*) Spiritus Sanctus est qui loquitur mysteria. Quo ergo iure iudicium & sentētia istorum iudicium veritatis non erit, & sententia omnino infallibilis?

Arg. 5. pro parte negatiua

14 Quintò Patres in Cōcilio collecti sunt montes illi, de quibus scriptū habemus: *Fundamenta eius in montibus sanctis*, iuxta quæ notantur: *l* sed Ecclesiæ fundamentum est fides irrefragabilis: quia fides definitur substantia, siue hypostasis sperandarum rerum: ergo hæc insidet in Patribus Concilio collectis; & proinde Conciliorum decretis falsum subesse non potest.

Arg. 6. pro parte negatiua

15 Sextò dicitur: *m Quæ vniuersali sunt cōstitutata consensu, se & nō illa destruit quisquis præsumit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt.* Igitur canones vel sanctiones ligantes, aut absoluentes ex Conciliorum decretis infallibiles sunt: quoniam alias elogium istud falsitatis redargueretur.

Arg. 7. prō eadē parte negatiua.

16 Septimò in omni periculo Ecclesiæ ad Concilia generalia recurrendum est, velut ad sacram anchoram: iuxta superius dicta dub. 1. sed si Conciliorum decreta certam fidem non haberent refugium illorum infidum omnino esset. Habent ergo certissimam fidem.

Arg. 8. pro eadē parte negatiua.

17 Octauò *n* anathemate percussit Lucius III. omnes qui à sententia Synodi Episcopalis hæretici iudicarentur. Si ergo Concilij priuati & particularis iudicium tantum meretur fidem, vt pro hæretico sit censendus, quem hæreticum declarauit tale Concilium: consequens est, vt multò maioris fidei digna sint in assertionibus suis generalia Concilia.

Arg. 9. pro parte negatiua


18 Denique Concilia generalia dicunt, & indicunt anathema contra contrarium sentientes eorum, quæ ab eis definiuntur: vt patet discurrendo per singula: igitur Conciliorum sententia omnino verax atque irrefragabilis est: consequentia ista probatur ex eo, quod durum nimis & intolerabile esset tanto discrimine cogere fideles ad assentiendum, & acquiescendū decretis, quæ irrefragabilem veritatem non cōtinent, sed potius, quæ sunt falsitati & deceptioni obnoxia,

b 24. q. 2.
c Tract. de Ecclesia, dub. penult.
d Cap. sicut, dist. 15.
e Cap. supra Romana, eadem dist.
f Cap. constituta 25. q. 1.
g Cap. in nono 21. d.
h Primæ Corinthi. 12.
i Cap. violatores 25. q. 1.
K 1. Corint. 14.
l In cap. fundamenta, de electiōn. in 6. & in cap. ita Dominus 19. d. & in cap. 1. de reliquijs. & verat. sanctor.
m Text. in cap. sicut sancti, d. 15.
n In cap. ad abolendam, de hæreticis.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.
Quinque notabilia pro decisione dubij.

Diuersi Concilio sũ status.

19 

PRO Huius dubij decisione ante omnia distinguendi sunt Conciliorum status & gradus. In primis enim Concilium potest esse generale; vtpotè ab omni orbe collectum, & tamen non legitimum: quia nimirum Summi Pontificis authoritate congregatum non est, sicut Concilium Ariminen. 600. Episcoporum, inuito Liberio Pontifice, hæreticorum opera coactum: Vt patet ex Damas. a & Concilium Constantinop. 630. Episcoporũ, sub Leone Isauro, quòd repugnante Ecclesiæ Pontifice congregatum est. Item congregari potest authoritate Pontificis, non tamen perseuerare de sententia eius; sicut Concilium Ephes. II. tempore Theodosij Iunioris authoritate Pontificis collectum, à quo eius legati fugati sunt, & hæresis Euthichiana confirmata. Rursum potest etiam vsq; ad finem perseuerare confessione Romani Pontificis, & adhuc carere approbatione illius circa omnia, aut circa aliqua decreta eius, vt Concilium Calcedonen. I. per multa tempora caruit approbatione Pontificis, vsque dum instanti prece illam à Leone extorsit Martianus Imperat. iuxta quæ diximus sup. b

a Epist. ad Episcopos Africanos, & ex cap. sancta Romana, d. 15.

Aliud est errare Conciliũ aliud vero errare omnes qui intersunt Cõcilio.

20 Secundò notandum est, aliud esse Concilium generale errare posse: aliud vero omnes, qui Concilio intersunt. Ad primum enim satis est, quod maior pars Concilij erret: vt errauit in Concilio Ephes. I. quia maioris partis Concilij assensus est Concilij decretum, vt patet ex dub. 4. cap. 2. Ad secundum autem requiritur, quod omnes in errore versentur: vt versati sunt in Concilio Antiocheno III. celebrato anno 345. sub Constantino Imperatore, pro tuenda hæresi Arriana, de quo multa Socrates, c & Sozomenus. d

b Dub. 5. cap. 5. p. 2.

c Lib. 2. cap. 9.

d Lib. 3. cap. 5.

Varij sũt qui possunt dissétire à maiore parte Concilij.

21 Tertiò notandum est, quòd qui dissentiunt à maiori parte Concilij possunt esse in duplici differentia: nam vel sunt singulares Prælati, vt illi, qui iudicio Concilij Nicæni I. subscribere noluerunt: vel legati Pontificis maiorem quam Episcopi authoritatem habentes & repræsentantes, vt fuerunt illi, qui in Concilio Ephes. II. fortiter repugnarunt decretis maioris partis.

Quibus modis possint legatos Pontificis assentire, aut dissétire Conciliorum decretis.

22 Quartò notandum est, tribus modis posse legatos Pontificis assentiri, aut dissentiri decretis alicuius Concilij. Primò de sententia Põtificis & iuxta instructionem illius: vt fecerunt in Concilio Ephesino II. prædicti legati. Secundò contra instructionem ejus, vt in Concilio Constantinop. celebrato, sub Nicolao I. fecerunt legati eius, iuxta quæ habentur in epist. eiusdem Nicolai ad Patriarchas & reliquos Episcopos Orientales & ex Zonora in vita Michaëlis Imperatoris. Tertiò præter sententiam Pontificis: vtique quia legati nullam circa talem rem instructionem acceperunt, vt accidit in Concilio Basilien. vbi legati sessione secunda acquieuerunt decreto, circa quod à Romano Pontifice instructionem aliquam non acceperant; imò in Concilio Trident. legati Pontificis acquieuerũt omnibus decretis præter sententiam Pontificis: quia ab illo nullam instructionem ob iustas causas acceperant.

Aliud est errare in rebus pertinentibus ad religionẽ, aliud in alijs.

23 Quintò, & vltimo notandum est aliud esse Concilium posse errare in rebus fidei & morum: aliud autem in rebus politicis, & (vt aiunt) ad rationem status pertinentibus v. g. vt Prælatus vnius Ecclesiæ præcedat alium; vel alios & sublimiorem gradum præ eis obtineat siue ratione muneris, siue ratione personæ.

CAPVT QVARTVM.

Decisio dubij per conclusiones sequentes, de Concilijs, quæ omnino errare possunt.

¶ Iam propositi dubij decisionem opus est accipiamus, eam autem per conclusiones sequentes, Deo dante, assequemur.

Prima conclusio.

CONcilium generale, quod authoritate Pontificis vel congregatum non est, vel in congregatione non persiat, omnino errare potest: vtique, tàm in rebus fidei & morum, quàm etiam in omnibus alijs.

24 Hæc conclusio in communi sententia vera est, & experimentis quàm plurimis confirmata. Primò Concilij Antiocheni III. collecti sub Constant. Imperatore, anno 345. Secundò Cõcilij Mediolanen. collecti sub eodem, anno 354. Tertiò Ariminen. sub eodem, anno 363. Quartò Ephesini secundi sub Theodosio Iuniori, anno 449. Quintò Constantinop. sub Leone Isauro, anno 730. Sextò Constantinop. alterius, sub Constantino Copronimo, anno 755. Septimò Pisani sub Imperat. & Rege Galliæ, & aliquibus Cardinalibus, contra Iuliũ II. anno 1511. Octauo Vbitemuerg. sub Præside impijssimo Luthero, anno 1536. De quibus Bellar. a Hæc enim omnia turpiter tã in fide, quã in moribus turpiter inueniuntur errasse. Nec mirum, nam Concilia quantũcũq; pleniora, si tamen authoritate Pontificis vel congregari, vel in in conseruari carent, ex tunc euulgantur in Ecclesia & vili penduntur tanquã conciliabula & conuenticula; quæ tristes atq; exitiales exitus vel habent, vel pertendunt: vtpote quod legitima Concilia non sunt, sed omnino acephala & truncum sine capite corpus videntur. De re ista Gratianus noster, b Damasus in epistola ad Stephanũ Archiepiscopũ, & tria Concilia Africana in epistola ad eũ dẽ Damas. Septima Synodus generalis, act. 6. & octaua Synodus act. 1. & 7. & Synodus Romana sub Symmach. c & similia quæ inducit Cano. d & tandẽ quæ nos intulimus dub. 2. huius tractatus, cap. 3. vbi constituimus ad solum Romanum Pontificem pertinere Concilia legitima congregare.

Conciliũ illegitimum posse errare in omnibus exemplo multorũ ostẽditur.

a *Lib 1. Cõc. c. 2.*

b *In cap. regula, & cap. multis d. 17.*

c *In cap. bene, d. 96.*

d *5. de Locis, c. 4.*

Secunda conclusio.

CONcilium omnino legitimum, id est, legitimè congregatum & legitima in congregatione persistens, adhuc potest omnino errare, si ab instructione Summi Pontificis vel latum vnguem discedat.

25 Hæc conclusio supponit, quod sæpè Romani Pontifices mittunt per legatos suos instructionem eorum, quæ Concilia decernere & stabilire tenentur, licet non semper id faciant, sed quando necessitas postulat. Sensus autem conclusionis est, quod si Concilium auderet aliquid definire contra instructionis tenorem, tunc temporis omnino erraret, vtique vel in fide, vel in moribus, vel in quæcumque realia, cui instructio & sententia Pontificis repugnarent: & in hoc sensu est conclusio de mente vniuersorum: & patet apertissimè ex eo, quod tunc Concilium ilud desineret esse legitimum, vtpotè dissonum & aduersum suo legitimo capiti. Quare huiusmodi Concilia tanquam ipso facto reprobata in Ecclesia vili penduntur.

Concilia legitima discrepãtia tamẽ ab instructione Põtificis errare posse ostenditur.

Hinc colligitur Concilium errare quoties contra instructionem Pontificis aliquid definit, siue legati Pontificis assentiant (vt in Concilio Constantinoplit. sub Nicolao I.) siue dissentiant (vt in Concilio Ephes. II.) quia sententia Concilij pugnat cum sententia capitis: cum tamen corpus quantumcumque egregium non possit contra proprium caput, & contradictamen illius aliquid rationabiliter prudenter ve definire.

Tertia

Tertia conclusio.

Vt Concilium nõ erret opus est, vt sententia illius concordet cum sententia Romani Pontificis.

26 Concilium legitimum qualecumque sit, tamdiu potest errare quamdiu non congruerit sententia eius Romani Pontificis sententiæ explicatæ, vel per instructionem factam legatis ante definitionem, vel per confirmationem adhibitam actis ipsiusmet Concilij post eius consummationem. Hæc conclusio etiam est inter Catholicos communis animi conceptio. Et probari potest primo ratione qua præcedens: vtique quia non potest esse rationabilis sententia corporis & oris, nisi consentiat cum sententia capitis.

Secundò, quia vt nos suprà e ostendimus, & Turrec. f & Cano. g latè prosequuntur, omnino retro antiqua Concilia, quæ Romani Pontificis instructionem non habuerunt, ab eo confirmationem dogmatum obnixe deprecandarunt; non id profectò actura nisi existimassent necessarium, vt sic rata ac firma haberentur, tàm ad vim præceptorum, quàm etiam ad stabilitatem dogmatum.

e Dub. 5. cap. 5. p. 2.
f Lib. 3. Summæ, cap. 6. & 38.
g 5. De loc. ca. 5. dub. 1.

Quid delegatis Pontificum agẽtibus prę terinstructionem?

27 Hinc colligitur contra aliquos magni nominis viros, scilicet, Caietanum, & Turrec. quod etiam illa Concilia generalia, quorum decretis assentiunt legati Summi Pontificis præter instructionem eius, possunt esse falsitati obnoxia, quamdiu Romanus Pontifex confirmatione, & approbatione sua illa non roborauit. Colligitur, inquam, hoc primo: quia vt (inquit Cano. h) adhuc superest sententia illius pro cuius fide rogabit Christus, vt que sententia Romani Pontificis, ad quem fidei summa tandem referenda est. Secundò, quia Concilium sine legatis errare potest: at Summus Pontifex non transfert in legatos suæ fidei soliditatem, quæ sibi soli competit tamquam Vicario Christi, & fundamentum Ecclesiæ. Tertiò, quia in Concilio Basil. de facto erratum est, legatis Pontificis errorem approbantibus, & cæterorum errori subscribentibus. Non ergo satis, est Concilium esse legitimum & legatos Pontificis sententiam approbare, vt firma & certa in Ecclesia existimetur.

h Vbi suprà.

Legatorũ præsẽtia requiritur in Cõcilijs.

28 Quod si cum authoribus oppositæ sententiæ obijcias testimonium Iulij dicentis: i *Regula vestra nullas habet vires, quando Romanæ Ecclesiæ legatus nõ interfuit.* Respondetur hoc tantùm probari, quod requiratur legatorum præsentia ad valorem actionum Concilij, quando ipse Pontifex per se ipsum immediatè non adest; non tamen probari, quod præsentia legatorum, aut etiam sententia illorum, & consensus sufficiant: quia non quidquid requiritur ad rem aliquam sufficit ad eam: animalitas enim requiritur ad hominem; non tamen sufficit.

i Ad Episc. Ori.

Quod si iterum obijcias, huiusmodi Concilium Ecclesiam repræsentare: quia repræsentat illam tam in capite ex parte legatorum, quã in membris ex parte Episcoporum & aliorum qui Concilio intersunt: & proinde non posse errare magis, quàm ipsa vniuersalis Ecclesia. Respondebimus cum secundum argumentum secundi capitis enodauerimus.

CAPVT QVINTVM.

Conclusiones decisiuæ de Concilijs summæ authoritatis.

Concilia Apostolorũ erroribus obnoxia nec fuere, nec potuere.

Propositis conclusionibus de Concilijs, quæ omnino possunt errare: sequitur proponamus alias de his, quæ nullo modo possunt in errorem venire; quę tales sunt.

Quarta conclusio.

29 Concilia Apostolorum quæcumque fuerunt, aut esse potuerunt post, descensum Spiritus Sancti in illos, nulli potuerunt esse falsitati obnoxia. Hanc conclusionẽ statuo contra Lutherũ, qui non erubuit

 dicere,

Deo: vtpotè vt meipsum sui consensus, atq; conuentus Præsidē, & Præfectū habeant, suo ipsorum ore proferentem sententiam verbaque eructantem.

Sanè cum Christus Dominus *f* prædixisset Apostolis tria illa notatu dignissima priuilegia: vtique Ecclesiam posse excommunicare fratres incorregibiles, iuxta illud eiusdem capitis, num. 17. *Si non audierit, dic Ecclesiæ: quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*, id est, anathemate ab Ecclesia percutiatur, & tanquam omnino rebellis excommunicetur. Et rursum, quod Ecclesiæ Prælati vniuersaliter possunt ligare & absoluere iuxta illud: *g Amen dico vobis quæcumque ligaueritis in terra, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis*. Et tandem pollicitationem eam, de qua numero 19. *h Iterum dico vobis: quià si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quam petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est*. Cum igitur hæc tria notatu dignissima priuilegia, & humanas exuperentia vires Christus Apostolis edixisset: voluit è vestigio efficacitatis radicem ad tantum opus assignare, dicendo *i* subiunctum elogium, vtique quod ipse est in medio Ecclesiæ excommunicantis, ligantis, absoluentis, & pre . s . fundentis ad Deum: & proinde esse tanquam cor influens vitam & motu in illis; & tanquam iudicij Præses, ore sententiam illam proferens, quæ pronuntiatur; & preces, quæ funduntur fundens, vt sic fœliciter peragantur, fœliciterque exequutioni mandentur. Hæc autem explicatio illustrior est, quàm vel ipsi hæretici recentiores obnubilare, aut carpere valeant, aut velint. Quod vero difficultatem in ea potest ingerere illud est, quidnam significet congregari in nomine Christi? Hic enim labor, & opus apud omnes est: adeò vt cum illo altero canere possimus, *Vnum difficile expedire nomen*.

f Matth. 18.
g Matth. 18.
h Matth. 18.
i Matth. 18. 19. 20.

Quid sit congregari in nomine Christi secundum aliquos.

32 Etenim ex Catholicis aliqui existimant, idem esse congregari in nomine Christi, atque congregari omnino propter gloriam Christi; non vero propter aliquid aliud. Alij vero idem quod congregari inuocato prius nomine Christi. Ex hæreticis vero recentiores dicunt, idem esse congregari in nomine Christi, quòd in congregatione decernere aliquid ex solis scripturis Christi: ita apud Maldonad. *K*

K Sup. Matth. 18 num. 20.

Congregari in nomine Christi est authoritate Christi congregari.

33 Sed quis non videt, quod ex antecedentibus & subsequentibus ly *nomen*, vsurpatur pro authoritate & potestate Christi? nimirum personam & authoritatem Christi gerendo ac repræsentando, vt Christi Vicarij ministri eam repræsentant omnes, qui anathemate indicunt, alligant, & absoluunt: sic vt ligata & absoluta in terris habeantur ligata & absoluta in cœlis, & qui taliter ad Deum preces fundunt, vt repulsam non patiantur; sed reddantur illicò voti cōpotes. Vnde sicut dum Paulus dixit, *l*, quod in nomine Christi tradit hominem Sathanæ; & dum in sacris literis proditur, quod Apostoli in nomine Christi baptizabant, per ly in nomine Christi designabatur authoritas Christi, quia illa opera tantum opificem requirebant tanquam eximium authorem efflagitabant: ita dum hic dicitur, quod qui congregantur in nomine Christi, illa tria superius relata supernè faciunt, quia per ly in nomine Christi designatur authoritas eius: quia hæc sola potest tantum opus moliri.

l Cor. 5.

Priores expositiones, n. 32 refelluntur.

34 Maximè quod cæteræ expositiones inductæ sinistræ omnino sunt. Ex prima enim sequeretur, quod si studio congregandi Concilia aliquis alius finis præter honorem Christi admisceretur, ipso facto Concilia congregata illegitima redderentur: & cum patere non possit vniuersitati hominum an huiusmodi alius finis admixtus sit necne: similiter patere non posset quodnam Concilium legitimum, aut illegitimum esset, imò numquam patere posset fuisse legitimum: quia numquam patere potest, quod ob gloriam Christi congregatum sit: siquidem huiusmodi intentio cum sit actus immanens, non potest non esse latens. Ex secunda etiam sequeretur, quod ad legitimationem Concilij satis esset ante omnia in Concilio fauo-

infallibiliter, atque irrefragabiliter damnati sunt, ac si in Concilijs generalibus damnati essent: quia Romani Pontificis authoritas & approbatio illis adiuncta est. Et certè intolerabile esset omnino, quod ad irrefragabiliter damnandum quemcumque hæreticum opus esset generali Concilio, & quod non sufficiat Concilium particulare roboratum authoritate Pontificis.

Neque obstat, quod de mente Erasmi obiectum est. Tùm, quod Erasmus non absolutè, sed subordinatè ad quoslibet rectius sapientes loquutus est, vt patet ex contextu. Tùm, quia quidquid dicat Erasmus absque præiudicio est, vtpotè quod iam habetur author damnatus in expurgatorio isto nouissime excusso præsenti anno 1613.

Scripturæ ostendunt Cõciliorum irrefragabilitaté.

38 Hanc eandem conclusionem Catholicam multis alijs Scripturæ verbis roborare possemus: præsertim ex illis Matth. m *Super Cathedram* m *Matth.23.nu.2.*
Moysi sederunt scribæ & Pharisæi quæcumque dixerint vobis facite. Et alibi: n
Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad cõsummationẽ seculi. Et apud Lucã: o n *Matth.28. nu. 20.*
Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes
aduersarij vestri. Ioann. p *Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis,* o *Lucæ 21.nu.14.*
qui maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis. Et alibi: q *Cum venerit Spi-* p *Ioan.14.nu.16*
ritus ille veritatis docebit vos omnem veritatem. Et iterum: r *Pater sancte serua* q *Ioan.16.n.13.*
eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et infra: s *Sanctifica eos in veritate.* Et paulò r *Ioan.17.n.11.*
inferius: t *Non pro eis rogo tantum, sed pro his, qui credituri sunt in me.* Sed s *Idem ibi nu.17.*
quia hæc omnia, & alia similia in tractatu de Ecclesia maiori ex parte in- t *Idem ibi nu.20.*
ducta & explanata sunt; ideò ab illorum propositione, & fusiori explica-
tione pro nunc supersedeo contentus explicatione loci desumpti ex Mat- v *Matth.vbi sup.*
thæo, v quo manifestè ostenditur iudicium Concilij authoritate Pontifi-
cis roboratum, verè esse iudicium Christi, ac definitio ex sententia il-
lius.

Græci patres ostendunt Conciliorũ irrefragabilitatem.

39 Secundo loco probare expedit conclusionem istam Catholicam communi antiquorum Patrum placito & consensu. In primis enim (vt x *Can.5.*
primo Patres producamus Græcos) Concilium Nicæn.I. x celebratum an
no 325. ita procedit, vt iubeat agitari Concilia ad hoc, vt omnibus simul-
tatibus amputatis mundum & solemne Deo munus posit offerri. Con-
stantinus Imperator eodem anno ita inquit: y *Quidquid in sanctorum Concilijs* y *In epist. ad Eccles. de habita Nicæna Synodo.*
decernitur, id vniuersum diuinæ voluntati debet attribui. Athanasius, qui floruit
anno 340. ita: z *Ego arbitrabar omnium (quotquot vnquam fuere) hæreticorum*
inanem garrulitatem Nicæno Concilio sedatam esse. Nam fides inibi tradita effi- z *Epist. ad Epictetum.*
cax videbatur ad omnem impietatem euertendam & pietatem eius, quæ in Christo
est fidei constituendam. Basilius qui floruit anno 370. ita: a *Suprema beatitudi-* a *Basil.*
ne dignum est Patrum fidem citra aliquam detractionem prædicare; quam etiam nos
suscipimus & cognouimus ex Apostolicis notis efformatam consentientes & ipsi &
omnibus in Concilijs scripto regulariter, ac legaliter decretis. Nazianzenus qui
floruit anno 380. sic: b *In sancto Concilio Nicæno habito, atque illo trecento-* b *Orat.21.*
rum atque duo de viginti lectißimorum virorum numero, quos Spiritus Sanctus in
vnum coegere, quantum in ipsum fuit morbum compreßit. Honorius & Theo-
dosius Imper. circa annum 400. ita: c *Ea quæ circa Catholaicm fidem, vel* c *Lib 2. de Episc. & clericis.*
ordinauit antiquitas, vel parentum nostrorum authoritas religiosa constituit, no-
uella superstitione remota integrã & inuiolata custodiri præcipimus. Cyrillus qui
floruit anno 430. ita: d *Si quis fidem illam à sancta & magna Synodo op-* d *Dial. 1. cum Herm. de con. Nicæn.*
timè, & diuino afflatu definitam ac expositam, dicere voluerit animarum no-
strarum vasim, fundamentumque inconcußum, & munitum, is probatißime loque-
tur, & ab ipso Christi laudem habiturus est, fidelis quoque & verus adorator re-
lucebit. Valent. & Marcianus ad annum 449. isti igitur commendan- e *Epist. ad Paladium præfectum prætorij & extat act. 3. Con. 1. Chalc.1.*
tes decreta quatuor priorum Conciliorum generalium ita in rebelles
inuehuntur: e *Extremæ dementiæ est in medio, & perspicuo die commenti-*
tium lumen requirere: quisquis enim post veritatem repertam aliquid vlterius dicunt,
mendacium

mendacium quærit & iniuriam facit iudicio religiosissimæ Synodi, qui semel iudicata & rectè disposita, reuoluere & publicè disputare contendit. Similia his habent Ioannes Patriarcha f Constant. anno 520. Iust. Imper. g anno 540. Cyrillus h eremita anno 540. Rust. Diaconus i anno 560. Sophron Hierosolymitanus K anno 700. D. Ioann. Damascenus l anno 750. & alij vsque ad annum 1595. de quibus fideliter & locupletissime Coccius. m

f Epist. ad Hormis.
g C. de summa Trin.
h De bist. 5. Eutb.
i Contra Acephalos.
k Canone 2.
l Orat. 1. de imag.
m Lib. 7. Thes. circa Hier. Eccles. cap. 21.
n Cap. 15. in lib. contra Psych.
o Epist. 65.
p Epist. ad Diaconum Faciles m.
q Lib. 1. de fide ad Gratian.
r Epist. 71. ad Theophilum.
s Lib. 7. de Bap. contra Don.
t Epist. 7. ad Con. Ephes.
v De Ecclesia.
x Epistol. 78. ad Leonem August. cap. 30.
y Epist. 2. ad Episcopos Darl.
z Lib. 1. Diuin. inst. cap. 2.
a 1. Reg. epist. 24.
b Iacollat. canonū pro Patribus Græcis.

40 Tertulianus similiter (vt etiam Latinorum iam producamus agmen) qui vixit anno salutis 200. ita aduersus Psychichos: n *Aguntur Concilia ex vniuersis Ecclesijs, per quæ altiora quæque in commune tractantur: & ipsa repræsentatio ipsius nominis Christiani, magna veneratione celebratur.* Cyprianus qui floruit anno 530. ita: o *Grauiter commoti sumus, quod Victor de sæculo excedens, Faustinum Presbyterum tutorem suo testamento nominauerit, cum in Concilio Episcoporum statutum sit ne quis de cleris curatorem suo testamento constituat.* Iulius I. ad annum 340. ita: p *Si (vt scribitis) inconcussam habet authoritatem quælibet Synodus, considerate, quæso, quinam sint, qui Synodum improbant: vtique Arriomanitæ ab omnibus vbique Episcopis condemnati & abdicati.* Ambrosius anno 370. ita: q *Mihi videtur esse diuinum, quod in Concilijs fidei habemus oraculum.* Hieronym. anno 390. ita: r *Obsecro, vt si qua Synodica habes ad me dirigas, quo possim confidentius pro Christo ora reserare.* Aug. anno 400. s *Quod in gubernatione Domini vniuersalis Ecclesiæ confirmatione roboratum est, tutum est id fiducia securæ vocis asserere.* Cęlestinus I. anno 415. t *Spiritus Sancti testatur præsentiam congregatio Sacerdotum.* Vincentius Lirinens. anno 435. ita: v *Quidquid de Conciliorum decretis enixa est, nisi quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur.* Leo I. anno 450. x *De rebus apud Nicæam & apud Calcedonam (sicut Deo placuit) definitis, nullum audemus inire tractatum, tanquam dubia, vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum Sanctum fixit authoritas.* Gelasius I. anno 490. y *Pontifices in vnaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide & veritate facta semel congregatione sanxerunt, inconcussum voluerit, firmumq; deinceps fieri.* Casiod. noster anno 540. z *Vniuersalia factaq; Concilia fidei nostræ sacramenta solidarunt.* Gregorius Magnus, a quatuor priora generalia Concilia vt sancta Quatuor Euangelia veneratus est. Isidorus b Hispalens. anno 620. Concilium Lateranen. I. Toletanum VIII. Cauilon. I. & alia cum alijs eximij obsequij viris, eadem quæ præfati producunt apud supradictum Coccium. c Ex quibus manifestè colligitur communem esse sanctorum, antiquorumque Patrum vocem Concilia legitimè congregata & sui capitis authoritate munita inconcussam & irrefragabilem mereri, ac facere fidem. Quis autem à tanta tantorum testium nube diuellere poterit aliquem sanę mentis compotem? maximè vt insistat vestigijs eorum qui lubricè incedūt & commentitium lumen in die perspicassima inquirunt.

Latini patres ad struūt Cōciliorum irrefragabilitate.

c Vbi supra.
d Tractatu de Ecclesia, dubio 12. cap. 2.
e In hoc tractatu 2 d. 3. cap. 5.

41 Tertiò probare aggredimur Catholicum istud dogma argumentis à ratione petitis. Et in primis ex eo quod vniuersalis Ecclesia non potest errare, vt patet ex supradictis: d sed Concilium legitimum generale, saltim illud quod authoritate Summi Pontificis confirmatum est, repræsentat vniuersalem Ecclesiam, vt supra sæpè repetitum & ostensum est. e ex sanctorum Patrum elogijs, nimitum Athanasij, Eusebij & Augustini, & aliorum de quibus in primo argumento 2. cap. huius dubij. Igitur Concilium generalę legitimum authoritate Pontificis confirmatum errare nullatenus potest.

Ratione ostenditur irrefragabilitas Cōciliorū.

42 Quod si dixeris Concilium generale, non entitatiuè, sed authoritatiuè tantum & repræsentatiuè esse vniuersalem Ecclesiam: cum tamen priuilegium numquam errandi indultum sit Ecclesiæ primo modo sumptæ: non verò secundo: respondetur Ecclesiā habere authoritatē definiendi ea quæ fidei, atq; morum sunt; & huiusmodi authoritatē exerceri non posse per vniuersalem Ecclesiam entitatiuè sumptam: quia impossibile est, vt omnes omnino fideles simul conueniant: sed per Ecclesiam vniuersalem repræsentatiuè consideratam. Vnde ex quo habet Ecclesia priuilegium non errandi in suis defini-

Obijcitur præcedēti rationi, & obiectio diluitur.

definitionibus, consequenter habet priuilegium non errandi in suis Concilijs, maximè approbatis Maximi Pontificis nutu: & proinde idē est Ecclesiam vniuersalem non posse errare, atque huiusmodi Concilia errori non esse obnoxia.

43 Ab incōuenienti ostenditur Conciliorum irrefragabilitas.

Deinde ab inconuenienti catholicum hoc dogma probatur, & horum primum sit, quod alias omnium Conciliorum decreta in dubium reuocari possent, & omnes damnatæ hæreses redderentur ambiguæ, semel ē medio sublata summa Conciliorum authoritate. Secundum nullam esse, aut superesse posse certam aliquam viam, vt in fidei controuersijs catholicum dogma exploraremus: qui enim Summi Pontificis, ac reliquorum omnium Ecclesiæ Pastorum iudicium detrectat, is nullum vnquam iudicem inuenturus est à cuius tribunali, non liceat discedere. Et vt Gelasius Papa monuit, f *Si decreta salubriter cuique liceret irritare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret Ecclesiæ constitutum: ac semper eisdem furoribus recidua omnis integra diffinitio turbaretur.* Cum ergo Deus Ecclesiæ suæ satis salubriterque consuluerit, consequens est, vt rata esse velit quæ legitima Concilia rata esse volunt, alias omnia nutarent, & tenui filio penderent. Tertium inconueniens est, quod si quis librum aliquem verè canonicum à canonicorum cathalogo vellet expungere, certè nisi ad iudicem aliquem sensibiliter viuentem & ad iudicium aliquod visibile causam deferamus, lis semper sub iudice manebit: quoniam contingere potest, vt nullius alterius libri canonici authoritate, istius authoritas comprobetur: si autem externum hoc iudicium summæ authoritatis non est, consequens fit, vt etiam indefinitum huiusmodi litigium relinquatur: & sic quod certi omnino esse non possimus, quisnam inter libros canonicos canonicus sit, si fortè fortuna insurgit aliquis, qui velit indicere bellum cuicumq; libro canonico. Necessum ergo omnino est, vt sit intra Ecclesiam consistorium aliquod summæ authoritatis pēnes quod sit iurisdictio definiendi controuersias ad religionem spectantes definitione irrefragabili & omnino infallibili.

f Epist. 1. ad Episc. Dardaniæ.

44 Obijcitur contra præcedentē & obiectio recutitur.

Quod si dixeris, satis esse contra huiusmodi inconuenientia, quod Concilia habeant authoritatem politicam, qualem sortiuntur reliqua hominum tribunalia, quibus controuersiæ insurgentes finaliter dirimuntur, non autē opus esse, vt habeant summam authoritatem. Contra hoc est, quod licèt ad imponendum silentium iuridicum, & legale omnibus controuersijs, sufficeret, quod Concilia politica dumtaxat authoritate gauderent non tamen satis est ad hoc, vt fideles quisque corde teneatur credere, & assentiri statutis, ac decretis illorum: cum tamen teneamur omnes corde adhærere veritatibus per Conciliorum decreta definitis, & ideò opus habent Concilia summa & irrefragabili authoritate ad hoc, vt possint captiuare intellectus nostros in obsequium decretorum suorum.

45 Quanto discrimine exponaturqui à Concilio dissentit.

Vnde iam denique probatur conclusio proposita sic. Quicumque aliter sentit, quàm à Concilio Rom. Pont. confirmatione roborato constitutum est, hæretico fallitur spiritu, & si contumaciter in suo sensu adhæreat hæreticæ prauitatis crimen incurrit: igitur quæ sic Concilia tamquam de fide cōstituunt certam & irrefragabilem fidem merentur, & faciunt. consequentia illa patet ex eo, quod crimen hæresis non incurritur, nisi ob contumaciter repudiatam veritatem irrefragabilem, & omnino infallibilem, vtiq; veritatem diuinitus reuelatā: antecedens autē probatur ex eo, quod alias non esset aliqua certa regula dignoscendi, & digito demonstrandi quisnam hæretico crimine pollutus esset. Nam quantumcumq; obsisteret sacris ac diuinis literis, si tamen interpretatione sinistra aliquam excusationem obtenderet, non esset reliquum per quid damnaretur apertè. Vt ergo hæresis, atque etiam hæretici certò dignosci, ac signari possint opus est, vt speciali iudicio irrefragabili condemnentur. Hoc autem est legitimi Concilij iudicium Summi Pontificis confirmatione roboratum.

Præter-

a Epist. 78. ad Leon. Augustin. b Li. 1. de bap. c. 18.

Præterquam quod, vt Leo I. scripsit, *a Non potest inter Catholicos computari qui resistit Niceno, vel Calcedonensi Concilio:* & August. *b* hac tãtum ratione excusat de hæresi Cyprianum, quod adhuc eo tempore non extiterit Concilium, quo definiri potuisset quæstio illa de baptismo hæreticorũ. Si ergo Concilio resistere hæreticum est, consequens fit, vt Conciliorum dogmata in rebus fidei & morum veritates Catholicæ sint, & proinde summæ authoritatis.

CAPVT SEXTVM.

Conclusio alia de Concilijs, quæ ex parte, non verò ex toto possunt errare.

PRæmissis conclusionibus de Concilijs, quæ omni modo possunt errare, & de alijs quæ nullo modo possunt errare, sequitur vt videamus, an possint aliqua Concilia, quæ medio modo se habeant? ad hoc autem sit sequens conclusio.

Sexta conclusio.

COncilia vndequaque legitima, in quibus consors est vniuersorum congregatorum assensus, errare nullatenus possunt, in rebus morum aut fidei: etiam ante confirmationem Pontificis: benè tamen possunt errare in negotijs & rebus alterius muneris & instituti. 46

46 Cõcors assensus patrũ Cõcilij non potest errare etiã ante cõfirmationem Pontificis.

Hæc conclusio quoad primam partem non est ita certa, vt præcedentes: eam tamen ego mihi suadeo in primis ex eo, quod vt dici consueuit, vox populi vox Dei, maximè populi grauis religiosi & eximij, qualis est populus & conuentus Concilij legitimè congregati.

Deinde quia vt scripsit Iulianus Episcopus Coensis (qui fuit legatus Leonis I. in Concilio Calcedonensi) ad Leonem Imperatorem. *Vbi congregata fuit tantorum multitudo Pontificum & Sanctorum, præsentia Euangeliorum, & frequens simul oratio, illic creaturæ totius opificem inuisibili virtute credimus fuisse præsentem.* Cum ergo in omni Concilio legitimè congregato, hæc omnia concurrant, consequens est, vt saltim quando omnia suffragia vnius sententiæ sunt, credere debeamus, opificem vniuersorum in illo fuisse præsentem; & proinde sententia Concilij esse rescriptum Dei. Et est notandum, quod elogium illud Iuliani Episcopi, multo tempore præcesit confirmationem Concilij Calcedonen. quia huius Cõcilij confirmatio post multa tẽpora à Leone I. facta est.

Tertiò, quia vt Episcopi Epiri ad eumdem Leon. Imperatorem scripserunt, pro cõmendatione eiusdem Concilij Calcedonen. nuperrimè absoluti. *Non enim in verbo fidei omnium vnanimiter potuit sententia conuenire, nisi Spiritus Sanctus illic pro causa veritatis interfuisset.* Ergo vniuersorum legitimè in Concilio adstantium circa res fidei ac morum consensus, Spiritus Sancti præsentiam arguit, & proinde firmam definitorum & stabilem veritatem. Maximè quia omnes in eãdem erga res fidei & morum sententiam conspirare, iudicium vrgentissimum est, talem per vniuersam Ecclesiam sententiam circumferri, & amplexatam ab omnibus catholicis iri: constat autem totius Ecclesiæ sensum non posse non esse verissimum, etiam ante Pontificis confirmationem.

Vltimò probari potest pars ista argumentis productis, quæ efficaciter probant, si modo aliquid probant.

Est tamen notandum, quod quantumcumq; vnanimis sit congregatorum in Concilio assensus, adhuc non est regula fidei, vsque dum authoritate Pontificis confirmetur; quia ante authenticam promulgationem illius & confirmationem, non habet authoritatem dogmatis fidei: habebit tamen illam post confirmationem quæ de iure illi debetur, & à Pontifice Romano nullatenus denegabitur. Vnde nullo vmquam tempore visum est, vt Pontifices in dubium vocauerint confirmationem dogmatis vnanimiter à generali Concilio in religionis causa definiti. Quod adhuc efficaciori argumẽto est vnanimum 47

47 Quando assensus Concilij fit regula dei.

mum Concilij consensum semper esse legitimum, & in veritate solidum.

48 Non implicat in his quæ nec fidei neq; morum sint Concilia labi.

Tertiam vero partem istius propositionis aliqui probare contendunt exemplo Concilij Calcedonen. primi, in quo circa primatum Episcopi Constantinop. contra ius acquisitum Patriarchæ Antiocheni erratũ est, & ideò tale decretũ à Leone I. a irritatum est, sed falsum est, quod omnes huic decreto acquieuerint. Constat enim ex eodem Concilio b legatos Pontificis illius decreti determinationi non interfuisse, sed obijcisse postea Patribus, qui illud ediderunt, quod clanculo & ex composito expectata absentia sua illud constituerunt. Magis autem probari posset pars ista exemplo Concilij Constantinop. celebrati tempore Nicolai I. in quo etiam legati Pontificis, adhuc contra instructionem Põtifices simillimo assensere decreto. Sed quia mihi exploratum non est, an omnes qui Concilio intererant talem consensum præstiterint, ideò aliter prædictam partem nostræ conclusionis probo: vtique ex eo, quod cum res aliæ à rebus fidei & morum non sint materia Cõcilij, non expedit, vt Concilium omnino percaleat eas: videtur enim quodammodo mittere falcem in alienam messem, dum se ingerit illis, & semper fabrilia fabris relinquenda sunt, vt fiant iuxta regulas artis: aliàs quod medicus ædificet extra peritiam medicinæ est, & ideò optimus medicus potest esse rudis artifex.

a Epist. 53. 54. 55.
b Act. 16.

CAPVT SEPTIMVM.

Resp. primo argumento primi capitis, & ostenditur quo iure vniuersi homines mendacij & vanitatis notentur.

49 R. 1. arg. primi capitis scripturam vti sæpe hyperbolicis loquutionibus.



HIS Ita præmissis, & propositis, in longumque iam productis opus est hæreticorum argumenta (quæ primum caput occupant) refellere. Et in primis, vt primum submoueamus, ingenuè fatemur ita nullum apud aliquos homines pudoré super esse, vt (quod ille alius dixit) *Splendidè mendaces sint, & mendaciorum architecti*. Propter quos merito sacra pagina carpit mendacij & fallaciæ vniuersos homines: nam etiam literæ sacræ hyperbolicas sæpissimè loquutiones miscent: sicut dum asserunt, a *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*. Cum tamen Ecclesia sancta numquam sine Sanctorum consortio in mundo valeat esse.

a Psalm. 15. 2.

50 Homines per naturam mẽdaces per gratiam veridici.

Rursum resp. quod esto testimonia Scripturæ hyperbolica in hac parte nõ sint, adhuc tamen nihil contra nos probant, quia omnino procedunt iuxta informitatem naturæ, & iuxta obliquam propensionem illius ad imposturas & mendacia, quæ adhuc vrgent & vniuersalis est: vt prudenter propter hoc, sapienterq; Lucillus, b cecinerit, vel amarè potius defleuerit.

b Apud Lactant. lib. 5. diu. Inst.

Vtrum se, atq; idem studio omnes dedere & arti
Verba dare, vt cautè possint pugnare dolosè;
Blanditia certare: bonum simulare virum se
Insidias facere, vt si hostes sint omnibus omnes.

Propter quod de vno Saluatore Christo obseruatum singulariter est, c quod *non est inuentus dolus in ore eius*, vtpotè quod personalitas verbi humanitati vnita repressit, & omnino a vulsit huiusmodi prauitatem inclinationis ab eâ. Cũ hoc tamen stat, quod subsidio gratiæ veraces omnino sint, & prorsus inueniantur fideles, qui corruptæ naturæ vitio fallaces & mendaces erant. Hic enim, vbi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia: vtique illa, quæ pastoribus Doctoribusque Ecclesiæ repromissa est, vt spiritum veritatis habeant, ita vt cum illis maneat, permaneatq; in æternum.

c 1. Petr. 2. 22.

Tertio resp. omnes illas loquutiones Scripturæ intelligendas esse de hominibus priuatim, diuisiuè, atque sigillatim sumptis: non autem in congregatione collectis, maximè quando data opera, maturéque colliguntur, vt authoritate publica conuenientes, tàm sibi, quàm etiam nobis in rebus arduis prospiciant, & benè, ac salubriter consulant. Exemplo esse potest, quod etiam sacræ literæ asserunt: d *Non est homo, qui non peccet.* Et iterum, *In multis offendimus omnes,* vtique tàm Ecclesiastici, quàm laici, tàm monachi, quàm seculares ex hoc tamen non sequitur: quod vbique & semper etiam in illis locis, in quibus pudor quoscumque præoccupat, peccemus; sed in abditis tantum ac priuatis angulis & locis, ita licèt mendacia sectaremur omnes priuatim, ac particulariter; in congregatione tamen positi, vbi facilè à circunstantibus, & circunspicientibus notari, ac morderi possemus, necessario veritati insudamus quoad maximè facere possumus, & hoc adhuc iure naturæ, ne dum adiuti lumine gratiæ, vt saltim adiuuantur illi, qui Concilia celebrant in obsequium fidei, & in beneficium fidelium. 51 Alia est ratio hominum diuinuc, alia collectiue congregatorum

d Iacob. 3. 2.

Ad primam confirmationem resp. similiter, videlicet loquutiones illas intelligendas esse hyperbolicè, vel de priuatis & singulis Prophetis & Sacerdotibus seorsim dispersis, ac diuisis; non autem in Concilio legitimo legitimè congregatis. Vel tertio resp. cum Hieron. varijs in locis omnia illa, & similia testimonia intelligenda venire de tempore passionis Christi, quando ex ignorantia, vel ex Passione, vel obduratione fere cuncta verba legis vaticiniaque Prophetarum nesciebant: propter quod monuit illos Christus non semel, dicendo: e *Scrutamini Scripturas, in quibus existimatis vitam æternam haberi; quia illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me:* & rursum: *Si crederitis Moysi, mihi etiam crederitis. Nam ille de me scripsit.* Ex quibus colligitur, rudes illos & imperitos fuisse in sacrarum literarum notitia cognitione, & sensu, siue id ex malitia, siue ex ignorantia esset. 52 R. ad primam cõfirmatione arg. primi capitis primi.

e Ioan. 5. 39.

Ad secundam confirmationem resp. probare in primis futuros aliquando hereticos Ecclesiam vexantes, & exercitantes. Tum quia nomine luporum intelliguntur hæretici apud sanctos Patres, Chrysost. Ambros. Hieronym. Originè & alios vtiq; & meritò, ob similè hæreticorum cum lupis calliditatem & similitudinem, quam gerunt cum custodibus ouium, vtique cum canibus: nisi enim attente obseruentur; existimabuntur canes custodientes gregem, qui vere non sunt, nisi lupi sæuientes in illum. Tum quia Paulus in præsenti elogio subiecit, & subiunxit sermonem de peruersa doctrina, & de effrænata cupidine subducendi discipulos, quæ omnia hæreticorum mores concernunt. 53 R. ad secundam cõfirmatione argum. primi capitis, luporum nomine sub intelligi hæreticos & cur.


Deinde etiam probare futuros aliquando hæreticos singulari immanitate acerbissimos, tàm in gregem Domini, quàm in legitimos & confidentissimos custodes illius, vtique Ecclesiæ Prælatos: quibus vniuersorum fidelium custodia iniuncta est: etenim vniuersi lupi truculentissimi sunt; illi tamè qui rapacitatis notantur, & calliditatis, appellanturq; lupi rapaces, plus reliquis sæuiunt quia non tãtum innata ferocitate, sed malitia callidissima sæuiunt, non tãtum in gregem; sed maximè in canes fidelissimos gregis custodes. Ex quo sequitur, quod vaticinio isto Paul. velut indice prodidit hæreticos huius temporis, qui vt vere lupi sæuiunt in gregem Domini, & vt omnino rapaces grassantur maximè in Prælatos Ecclesiæ, vt Gallici vetustiores, & Anglicani nouissimi persecutores ostendunt. 54 Quinam lupi rapaces in Ecclesia?

Propter hoc argutè satis (& vt in reliquis) solerter Bellarm. dum argumenti illius solutionem percurrit, illud in authorem retorquet: vtiq; in Caluinum, inquiens: Mirum fuisse si Caluinus dum proponeret hoc argumentum, non ad se ipsum porspexisset, vehementer suspectus, an etiam ipse esset de numero infœlicissimorum pseudoprophetarum, qui in huiusmodi 55 Argut. Bellarm. in Caluinum.

modi vaticinio Pauli futuri prænuntiatur. Quibus addiderim ego, quod Caluinus non potuit huiusmodi telo, non ruere; cum & se agnouisset lupum & lupum rapacissimum docentem peruersa, vt adduceret discipulos post se, & nomen suum in terris sui s poneret, & Caluiniaci nomen in regionibus illis propagaret. Igitur eloquium hoc tantum nos premit, vt concedamus, quod oculis suspectum habemus, vtique temporibus nostris futuros esse Lutheranos, Caluinianos, & similes, qui Ecclesiam Catholicā exercerēt, & multo sanctorum Martyrum sanguine irrigarent, vt sic seges Domini diu, atq; maximè cresceret, vt verè crescit, non solùm extensiuè per noui orbis conuersionem, sed maximè intensiuè, ob fidelium qui patiuntur atrocissimas calamitates ob fidem: ex hoc autem non sequitur, quod omnes pastores Ecclesiæ in errorem possint venire, sed potius, quod in suis congregati Concilijs vniuersos errores destruant, & certo oculo discernant fermentum hæreticorum.

CAPVT OCTAVVM,

Respondetur secundo argumento primi capitis, & ostenditur sanctos Patres numquam detraxisse veritati Conciliorum legitimorum.



56 R. 2. arg. primi capitis, & ostenditur quæ Concilia Nazian. respuerit & ob quid.

Rgumenti secūdi primū telum ex Nazianz. doctrina introrsum, sufficienter reiectum habemus ex his quæ supra ad secundam confirmationem notauimus cum Bellar. nimirum, Gregorium non respuisse Concilia legitima, sed Concilia, quæ temporibus suis agitabantur, vtpotè in perniciem Ecclesiæ potuis quam in eius commodum, profectumq; congregata. Congebantur enim ad labefactandum authorem Concilij Nicæni, & Arrianam hæresim stabiliendam, vt patet in illis quæ Constantinus Imp. in vtroque orbe, scilicet, tàm in Oriente, quam in Occidente collegit. Quare desperans Nazianz. quod temporibus suis posset celebratari Concilium boni consulens, in verba argumenti prorupit quibus non læsit authoritatem legitimorum sed ilegitimorū Conciliorum congregationem execratus est. a Dub. 1. cap. 3.

57 R. testimonio Augusti nus indu cto in 2. arg. 1. c.

Secundum telum ex pharetra Augustini depromptum facile decimabimus, obseruando prius, quod dum Augustinus cum Maxim. differet, noluit Augustinus opponere Maxim. authoritatem Concilij Nicæni, quam ipse Maxim. parui pendebat, neq; voluit, vt Maxim. obijcerit ei authoritatem Concilij Arimin. quam Augustinus ipsi pendebat nihilò, & ita inter vtrumq; disputatorum constitutum est, vt ambo abstinerent ab illorum Conciliorum authoritatibus, ac si Concilia illa in rerum natura non fuissent. Hoc autem non fuit negare authoritatem Concilij Nicæni, sed tantum fuit seipsum attéperare cū obstinatione, & cæcitate aduersarij sui, sicut quādo Christiani de religione differunt cum gentilibus à sacræ Scripturæ verbis omnino se continent, non quidem quasi parui pendentes authoritatem illius, sed quasi attemperantes seipsos Gentilium impietati, qui sacrorum oraculorum elogijs non mouentur.

58 R. ad cōfirmationē 1. argum. primi capitis.

Ad confirmationem respondebimus, si prius verba Augustini, prout apud ipsum sunt, summatim audiamus Augustinus: enim ita habet. *Quis nesciat sanctam Scripturam omnibus Episcoporum literis ita præponi, vt de illa dubitari nonpossit, vtrum verum, vel rectam sit, quidquid scriptum in ea constiterit: Episcoporum autem literas licere reprehendi, si quid in eis fortè à veritate erratum est: & ipsa Concilia, quæ per singulas regiones, vel prouincias fiunt, plenariorum Concilij authoritati, quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, ipsaq; plenaria sæpe priora posterioribus emendari, cum experimento reperitur, quod clausum erat & agnoscatur*

etur, quod latebat. Hactenus Augustinus. Ecce qualiter Ecclesiæ Doctor expresse distinguit inter literas sacras & inter literas Episcopales, & inter Concilia particularia & generalia, dicit enim quod literæ sacræ omnimodam veritatem, & rectitudinem continent, & ideo correctionem aliquã; aut etiam emendationem non admittunt: Episcoporum vero literas erroribus, tam circa veritatem, quàm etiam circa rectitudinem obnoxias esse, & ideo Concilia subesse correctionibus: de Concilijs autē particularibus illud tamen constituit, quod debent cedere generalibus, vtriq; quoad correctionem & emendationem, siue huius, siue illius errati; quod tamen ipse nominare noluit, ne se maioribus quæstionibus implicaret. De vniuersalibus vero Concilijs id tantum asseruit, quod antiquiora parere debent nouioribus, nō quidem absolutè, aut quoad omnia, sed tantum quoad illa, quæ experimento aliquo assequutum est, quia in his melior est conditio posteriorum, quàm priorum, vtpotè quod posteriores in omnes experiuntur, quæ priores assequi non potuerunt. Constat autē ea quæ sunt fidei ab experimento non pendere, sed tantum ea quæ sunt facti, aut similia. Ex quo sequitur, quod si in his tātum, quæ ab experimento pendent subijciuntur Concilia priora posterioribus, quod non dependeant ab illis quantum ad res fidei, sed tantum quantū ad res præceptorum & constitutionū: quia sæpe constitutiones, quæ pro aliquo tempore saluberrimæ sunt in alio sunt exitiales, & in his Concilia priora corrigi à posterioribus debent. 59 Discrimen August. inter literas sacras & literas Pontificum & Conciliorum.

Ad Isidorum autem in eadem confirmatione inductum resp. loquutum fuisse de Concilijs, quæ solidam authoritatem non habent, neque Pontificam confirmationem ob defectus suos: hæc enim per antiquiora Concilia corripi debent, vtique in rebus fidei: nam in rebus regiminis potius antiquiora debent à nouioribus corrigi: quia sicut distinguenda sunt tempora vt concordentur iura, ita mutatis temporibus: iura etiam mutari expedit. Quare nulla inter Augustini & Isidori sententiam discrepantia est. Augustinus enim loquitur de facto; Isidorus vero de fide, aut de iure. 60 R. 1. testimonio Isidori pro confirmatione 2. arg. primi capitis.

Item repræsentare possumus nomine emendationis intellexisse sanctos istos Patres quidquid additionis claritatis gratia Concilijs generalibus fieret, vt symbolo Nicæno explicationis gratia addita sunt aliqua in Concilio Constantinop. & etiam in alijs Concilijs vtique quia temporum circunstantia & occasio id postulare videbantur. Et hoc est, quod August. dicit antiquiora Concilia per recentiora emendari, vtpotè per maiorem explicationem eorum quæ minus expresse in Concilijs antiquioribus proposita sunt. Hoc autem non arguit falsitatis periculum, sed necessitatem maioris explicationis eorum, quæ sunt fidei, vt mos geratur fidelibus. 61 Quid sit recentiora Concilia per antiquiora emendari?

CAPVT NOVENVM.

Respondetur tertio argumento primi capitis, & ostenditur in particulari nulla Concilia legitima confirmata erroribus patuisse. 62 R. 3. arg 1. c. de Cōcilijs illegitimis.



TErtium argumentum primi capitis à Conciliorum historijs petitum, solutione à Concil. hist: emend. cata dirimendum est: & in primis ad primum exemplum de Concilio 400. Prophetarum resp. futile omnino esse, quia Concilium illud, non ex Sacerdotibus, aut etiam ex prophetis Domini, sed potius Baal, & non à Summo Pontifice, sed à Rege tātum collectum fuisse, inductus ipse locus declarat. a 63 Tēporē Christi Pseudopontifices præsidebant;

Secundum etiam exemplum debile est contra nos, validissimum vero contra aduersarios nostros: eo quod temporibus illis nullus in Iudæorum republi-

a 3. Reg. cap. 22.

publica omnino legitimus Pontif. præsidebat: siquidem non iam per legitimam successionem ab Aaron (vt præceperat Deus) creabantur & erigebantur Pontifices, sed pro Romanorum placito & arbitrio, interueniente sæpissime non vili pecuniarum pretio: de quibus Ioseph satis multa. Conductitius autem vel emptitius Pont. ac denique palam illegitimus, quænam Concilia poterat omnino legitima facere? maximè temporibus illis quando ad Concilia vocati, nō tam zelo fidei, imo nō zelo fidei, sed inuidia, & libore in Christū cōgregabātur. Nostra autē cōclusio non de quibuscūq; Cōcilijs, sed de legitimis tantum & veri Pontificis confirmatione roboratis procedit.

61 Sentētia Caiphæ oraculū Dei.

Præterquā quod quidquid sit de Pontifice illo, sententia tamen eius absolutè considerata, & prout ex textu concipitur & notatur, non solum veram sed valentis omnino ingenij fuit: adeô vt Euangelista expresse retulerit eam in authorem Deum: dixit enim, *Hoc autem à semetipso Pontifex non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit*, Quasi diceret: non proprio, aut humano, sed diuino dumtaxat dixit spiritu, non quod ipse dignus esset, vt per eum spiritus Domini loqueretur: sed quia Pontifex anni illius erat. Cuius sententia quia pene cuncti ex adstantibus assenserunt, ideô dici potest illius Concilij sententiam verissimam fuisse & catholicum proposuisse dogma, non quidem ex directione proferentium, sed ea Spiritus Sancti illustratione, & regimine talia verba dictantis.

65 Cōciliorū decreta etiā diuina sapiunt oracula.

Quod si non meritis Pontificis, sed Sacerdotalis officij indultū est, vt in Concilio Sacerdos prophetauit, & qui cū illo aderant penè cuncti verum dixerint, licêt rudi apud eos Minerua, vt sancti Patres obseruāt; quid iuris est, vt ipsi Sūmi Pōtifices, ac reliqui Ecclesiæ *Prælati*, dū in Concilio discutiunt, quid iure, aut facto opus sit in rebus ad salutem spectantibus, diuinum non obtineant ductum, vt sic (quod dici solet) acu veritatem attingant.

Tertiū exēplū de Concilio Apostolorū iā ex superius dictis b eneruatū est. b Cap. 5. Conc.

66 Defensatur Concil. Neocæs.

Quartū exēplū de Concilio Niceno triplicem nodū contingens triplici vindice soluendum est. Primus facile laxatur per hoc, quod Conciliū Neocæsar. non damnauit secundas nuptias simpliciter & absolutè; sed vel matrimoniū secundū durante primo iuxta Glossam, c vel solēnitatē secundi matrimonij, c *In cap. de bis qui se frequēter* 3. q. 1. cui solēnitati propriè conuenit nomē nuptiarū: matrimonia enim in tantū dicuntur nuptiæ, in quantum vel obducto nubent, qui illud cōtrahunt; sicut antea sola fœmina nuptui tradenda velo obtegebatur. Vnde inquirebant testes, qui illā velo obductam conspicabantur, cui nubat? id est, cū quo viro contrahit matrimonium. Quare prohibere secūdas nuptias formaliter, & in rigore sermonis, idē est, ac prohibere solemnitatem in celebratione secūdi matrimonij, quam de facto prohibitam habet Ecclesia Romana. Vnde Conciliū Neocæsariensis, postea tāquā omnino legitimū receptū est à Leone III. d d *Cap. de libelis dist.* 20.

67 Quænā Pauliana hæresis.

Secundus nodus adhuc sine vindice laxabitur, apud gnaros Paulinianæ hæresis, quæ cum purum hominem Christum crederet, & Trinitatem apertè negaret, nō poterāt professores illius verū baptisma cōficere, de cuius substātia est expressio Trinitatis: quare opus fuit rebaptizari baptizati à Paulinianis.

68 Probrosa olim cinguli militaris priuatu.

Tertius nodus maiori vindice opus habet; sed Bellar. supplet, qui notat ex Euseb. e & ex alijs, antiquos illos Imperatores Ethnicos tēpore persecutionis consueuisse auferre cingulum militiæ ab eis, qui inueniebantur Christiani: quod supplicij genus adeo contumeliosum putabatur, vt ad vitandā infamiā illius, multi sine fide potius, quā in sine cingulo militare cōparere volebant, & fidei iacturam magis quàm cinguli facere. Hoc autē militare studium quis catholicorum non improbaret, maximè dum audit Christum dicentē: f *Qui non odit patrem suum & matrem suam, adhuc autē, & animam suam, non potest meus esse discipulus*: & rursum: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Vnde cū experimento constaret, quod qui militiā publicè profitebātur, tunc tēporis in procinctu erant perdendi fidem, vt insignia militaria conseruarent; iure Christianis pro tunc militare studium interdictum est, non quia ex se malum, sed quia ex accidenti erat mali causa. e *Lib. 4. hist. c. 9.* f *Luc. 14. 26.*

Quintum

Quintū exemplū falsitatem continet apertam in eo, quod asserit sedē Hierosolymitanam prælatam fuisse in Concilio Nicæno Sedi & Ecclesiæ Romanæ, cùm tamen res ē contra se habuerit, vt patet ex multis canonibus eiusdem Concilij, imò ex canone septimo, per quod adhuc prælata non fuit; sed nec vni Ecclesiæ Metropolitanæ: etenim Canon istud in omni editione ita habet g *Quoniam consuetudo obtinuit ex antiqua traditione, vt Ecclesiæ Episcopus honoraretur, habeat honoris consequentiā, salua metropolis proprii dignitate, id est, Palestinæ quæ erat metropolis Ecclesia, id est, Hierosolymorum.* Et in capite 19. ex Arabicis de Græco relato in Latinum ita habetur, *Seruetur consuetudo tribuendi honorem Episcopo Hierosolymitano, vt habeat nomen Patriarchæ, cum erit dignus tali nomine propter sanctitatem, & gloriam loci, in quo præsidet: habeat potestatem in tota prouincia, reddatq; Archiepiscopo eius loci debitum honorem, vocetúrq; Exarchus, id est maior quàm Archiepiscopus.* Ecce qualiter non tribuitur primatus Ecclesiæ Archiepiscopo Hierosolymitano, sed solùm iurisdictio in prouinciam suam, & adhuc dependenter, & cum subordinatione ad Metropolitanum Palæstin. quid ergo iuris est, vt iam apertis mendacijs & imposturis bella moueant cōtra nos hæreticiistí?

69 Defensatur Concil. Nic.

g Concil. Nicæn. Can. 7.

Ad id autē de Concilio Carthaginen. tertio, resp. quod cum esset Conciliū nationale, nō habuit potestatem ferendi leges cōmunes toti Ecclesiæ; sed tantum constituit, quod intra limites districtu sui nullus nominaretur Princeps Sacerdotum, aut etiā summus Sacerdos, vtpotē quod ista inscriptio priuatiuē tantū concernit Rom. Pontificem tamquam vniuersalem pastorem.

70 Explicatur Cōc. Carthag. tertium.

Ad aliud de Sede Alexand. resp. 1. quod nullus Pontifex tale decretū confirmauit; vt constat ex epist. Leonis, h quare hactenus exequutioni mandatum non est. Constat autem doctrinam nostram non procedere, nisi de Conciliorum decretis Romani Pōtificis confirmatione roboratis. Secūdò resp. honorem Sedium esse vnum ex his, quæ pro temporum varietate rationabiliter possunt mutari, & ideò quod in vno Concilio æquē, & benē in hac parte stabilitum est, in alio potest reuocari propter temporis, & rationum vrgentiam & congruitatem.

h Epist. 53. ad Anatolium, & Epist. 55. ad pulc heriā.

71 Honor sediū mutabiles.

Sextum exemplū facilē solutionem habet, cum ipsi aduersarij vtique Centuriatores apud Bellar. i Conciliū Francoford. à Romano Pontifice confirmatum non fuisse, sed potius Pontificem ipsum vtique Adrianum, eiusq; legatos ei repugnasse: & vt patet ex libro Carolinis, siue Caroli Magni, idem Cōcilium Francofort. decreuit iudicium vltimum controuersiarum ad Rom. Pontificem pertinere: quare suo se iugulo confodit, siquidem Pontifex Concilij decreta non confirmauit & ideo Concilij sententia firma ac rata non est.

i Lib. 2. de Concil. cap. 8.

72 Concil. Franc. Ford. à Pōtifice non confirmatū.

Verius tamen possumus respondere huic difficultati notando cum Laurētio Surio, in admonitione ad Lectorem sub Concilio Francofor. videlicet in Concilio isto, nihil actum esse contra Synodum Nicæn. primam, sed potius eam damnatam ibi esse, quæ sub Constantino Copronymo Imp. impijssimo ab Iconomachis habita est Constantinop. contra sacras Imagines: quā quam illi tertiam Synodum generalem dici voluerunt, sed impetrare frustra conati sunt: & de hac tantum nefaria synodo intelligendos esse historiograph. vtiq; Abb. Vrbspensien. & similes dum asserunt Concilium Francoford. damnasse septimā Synodum generalem: nomine enim septimæ Synodi non intelligunt illā quæ verē septimū locū inter Concilia generalia obtinet, vtiq; Nicæn. secundā, sed illam, quæ coegit impijssimus iste Imperator, & quam dici voluit septimam Synodum, licēt re vera non sit.

73 Quo sensu dicatur Concil. Francoford. damnasse 7. Synodum.

Tertio adhuc respondere possumus, & fortē veriùs, & faciliùs, videlicēt, Concilium Francoford. nihil improbasse ex his, quæ Synodus Nicæn. secunda approbauit; nam si aliquid, maximē quod aduersarij contendunt, nimirū cultum imaginum. At nihil tale improbasse, aut diffinisse ostendimus ex authoribus probatissimis, vrgentissimisque rationibus In nostra laurea Salmantina, certamine 2. num. 39. Ex quo sequitur, duo illa Concilia videlicet Nicæn,

74 Concil. Francoford. nō dānauit cultum imaginarum.

cænum II. & Francoford. sub Adriano I. & Carolo Magno, in nullo sibi aduersari.

75 Defensatur Cōcilium Ephesinum. Septimū exemplum nihil omnino probat; quia Concilium Ephes. prohibuit quidem noui symboli editionem, sed his tantum quibus prohibere poterat, videlicet, singulis fidelibus & ortodoxis; non verò his erga quos non habebat imperium, nimirum Concilijs generalibus, quæ aliorum Concil. ditioni inferiora non sunt: par enim in parem non habet imperium. Maximè quod adhuc Concilium Lateranen. non transiliuit limites prohibitos à Concilio Ephes. Concilium enim Ephesinum tantum prohibuit additionem noui articuli in symbolo fidei: Concilium vero Lateranen. talem additionem non fecit, sed diffiniuit esse articulum fidei, quod substantia panis conuertebatur in corpus Christi: vtique quia conueniebat illi definitio articuli fidei, iuxta quæ nos supra ex professo ostendimus. Constat autem longè aliud esse, quod fidei symbolum nouo aliquo articulo augeatur, ab eo quòd est præstantissimum aliquod fidei dogma nomen articuli haberi & promereri.

76 Defensatur Concil. Cōst. Vltimum exemplum futile etiam est; quoniam Concilium Cōstantiense non excommunicauit laicos communicantes sub vtraq; specie de licentia & beneplacito superiorum suorum, qualem habuerunt à Concilio Basilien. si Boemij, sed illos dumtaxat, qui authoritate priuata inserere se voluerint tali communioni meritò laicis denegatæ.

CAPVT DECIMVM.

Resp. 4. arg. primi capitis; & ostenditur, nulla ratione cōuinci posse, quod Concilia legitimè approbata possint errare.

77 Quæ nō possunt singuli possunt omnes. D Quartum argumentum, quod erat à ratione petitum, & quinque probationibus roboratum, totidem responsionibus satisfaciēdum est. Ad primam enim dicimus, rationem illam non procedere; quia à diuisiua ad collectiuam non valet consequentia vt patet in possibilitate tàm philosophica, quàm morali; qua quisquam viatorum præditus est ad vitādā in particulari singula peccata diuisiuè sumpta, nō autē collectiuè: & quidem si ratio ista procederet, omnino conuinceret, quod tota aliqua respublica non posset gaudere maiori priuilegio aliquo, quàm singuli ciues illius. Et ad huc contra aduersarios instātia est in ipsamet Ecclesia, quæ tota simul non potest falli, aut fallere; bene tamen quilibet fidelium in particulari sumptus. Quare licèt omnes Episcopi seorsim considerati deceptionibus sint obnoxij, non tamen prout in vnum collecti, vtique in Concilio legitimè approbato, sicut quilibet ex conuentu excommunicationis sententiam ferre potest; non tamen tota communitas.

78 Concilia habēt nō posse errare ex prouidētiá Dei. Ad secundam rationem resp. dico priuilegium istud non errandi competere quidem Concilio, non ex natura, & præstantia congregatorum, sed tantum ex prouidentia, & promissione diuina, qua totius Ecclesiæ bono consulere vult, vt semper ei sit fidelis, & in veritate instructa de huiusmodi autem priuilegio satis plura dixi supra. a

79 Ecclesia vera aperte discernenda à falsa. Ad tertiam rationem resp. quod si probaret aliquid, perinde posset probare, quod Ecclesiam veram catholicam nullus omnino posset certo oculo discernere à falsa & prophana: & proinde non magis vni, quàm alteri deferēdum esse, vtpotè quod nullatenus constat, quænam sit Ecclesia fidelium, quænam verò malignantium; quatenus constare non potest, quænam verām fidē corde retineat; quænam verò fictam & fucatam: cuius tamen oppositum in tractatu de Ecclesia semel, & iterum ostendimus, videlicet dub. 15. vbi probatum est Ecclesiam veram verè esse visibilem & digito demonstrabilem, & dub. 22. vbi probauimus Ecclesiam hanc Romanam actu militantem sub Paulo V. & quæ sub eius prædecessoribus in eadem permansit, esse veram & vnicam in terris Ecclesiam Christi: quidquid contra hæc ganiant hæretici.

a Cap. 5. concl. 5. probat. 2.

Sed quidquid esset de hoc, adhùc consequentia argumenti futilis esset

quoniam vt acta per aliquos rata omnino sint, non opus est fieri ab omnino legitimis magistratibus, sed satis est fieri ab eis, qui publicè deputati sunt, vt subeant hoc munus vt: patet in primis ex his, quæ habentur in lege Barbarius Philippus, de officio Prætoris, & etiam ex eo, quod alias nihil solidum in magistratuum regimine esse posset, quamdiu irrefragabiliter non constaret illos reipsa legitimos, & germanos magistratus esse, nullamq; à parte rei exceptionem posse subire; & tunc redderetur suspecta, & omnino ambigua ferè cunctorum Principuum superiorum potestas, vtporè quod qui successione & progenie Principes populorum creantur, non constat populis, an suppositij sint, vel ex legitimo potius nati coniugio: qui verò per electionem assumuntur, etiam non constat vtrum electores eligendi intentionem habuerint, aut defectum aliquem passi fuerint, ob quem suffragij præstandi inhabiles redderentur. Patet similiter in matrimonialibus contractibus, qui rati nõ heberentur, vtporè quod de contrahentium consensu liquido constare nõ potest: vnde omnia pessum irent, & confusa nutarent, si experimento dumtaxat oculorum, aut reuelationi diuinæ fides adhibenda non esset. Quapropter cum Christiana respublica gubernanda sit more respublicarũ, in quibus melior & potior gubernatio viget, consequens est, vt necessarium non sit, quod magistratuum illius ad sensum germanitas constet, sed satis esse quod constet illos ad id muneris deputatos esse, & in Episcopalem dignitatem assumptos, vt semel acta per illos semper valida reputentur, tamquam per Spiritus Sancti ministros. Iure pia sumptus Iudex rata facit decreta.

Præterquam quod sicut Concilium vniuersale non est tota Ecclesia entitatiuè, sed tantum repræsentatiuè, ita rigurosè loquendo non omnino opus est, vt qui Concilio legitimo legitimè intersunt, reipsa sint de Ecclesia, sed satis est, quod rationaliter & prudenter existimentur esse de Ecclesia, ad hoc vt Ecclesia in eis Spiritus Sancti priuilegio non frustretur: nam tales quales ab Ecclesia deputati sunt, vt personam illius gerentes & gaudentes priuilegijs, quibus gaudet Ecclesia, decernant quæ ipsa Ecclesia sequi, & amplexari debeat. Vnde quia priuilegium hoc, *Numquam errandi*: non est indultum Concilio, propter Concilium, sed propter Ecclesiam, ideò quantumcumq; PP. Concilij reipsa illegitimi essent, propter authoritatem tamen quam sustinẽt Ecclesiæ, gauderent, propter bonum Ecclesiæ, tali priuilegio: maximè quia si vt Ecclesia gauderet tali priuilegio, opus illi fuisset iniungere munus istud Episcopis verè Episcopis, & verè baptizatis, numquam Ecclesia posset scire quando vsui illi esset priuilegium tale, vtporè quod ipsa citra reuelationem scire non potest quidnam illorum, quos prudenter iudicat baptizatos & verè fideles, reipsa baptizati ac verè fideles sint. 81 Possunt interesse Cõcilijs, qui pruděter iudicantur de Ecclesia, licèt à parte rei nõ sint.

Ad prouidentiam nihil importat diuinam, vt verè sint de Ecclesia, & verè baptizati & Episcopi, qui Concilijs legitimi de facto intersunt. Tum quia vniuersalis Ecclesia reputat illos prudenter, & rationabiliter veros fideles, & veros Episcopos, & Ecclesia falli non debet, nec potest in rebus arduis & vniuersalibus communi consensu receptis. Tùm quia maiori prouidentia opus est ad hoc, vt qui corde dissentit, ore assentiatur, quàm qui simul corde & ore alicui veritati incumbit. Propter eximium atque extraordinarium prouidentiæ diuinæ opus celebratum est, b vt Cayphas ore proferret sententiam continentem & enunciantem veritatem, quam ipse corde non assequebatur, neq; habebat in mente. Si igitur in quocumq; euentu ad prouidentiam diuinam recurrendum est, ne vniuersalis Ecclesia imposturas patiatur, magis rationi consonat, quod hæc prouidentia reluceat, in congregatorum ad Concilium omnimoda legitimatione, quàm in eo quod inuẽti inhabiles, munus tamen exerceant quasi legitimi iudices. 82 Grande opus corde dissentire, & ore veritatem efferre.

b Ioã. 11. v. 50.


Ad quartam rationem de hæreticorum promptuario vltimo loco propositam placet fusius respondere, tam propter rei grauitatem, quàm etiam ob curiositatem & fructum: & ideò responsio illius ad sequens caput reijcienda est, tamquam omnino digna, vt sedem peculiarem occupet.

Caput

CAPVT VNDECIMVM.

Resp. vltimæ hæreticorum rationi; & ostenditur, quęnam fides Ecclesiasticis historijs debeatur.

3 Arg. contra fidem historicā ex Vopisco.



AD quartam rationem, vt respondeamus, altius nobis aliqua repetenda sunt; nimirum, fidem historicorū prout sic, satis ambiguam, & infirmam apud multos esse. In primis enim Flauius Vopiscus, aliàs historiarum Imperalium grauissimus auctor, ità contra historiarum scriptores præfatus est: *Nemo historicorum non aliquid est mentitus: & ideò ego fidenter historias aggredior, habituras mendaciorū in comites.*

84 Arg. ad idem ex Seneca.

Deinde Seneca Philosophus ita de historicis sentit inquiens. *Nec magna molitione detrahenda est authoritas Ephori, historicus est quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem miraculo excitant:* & iterum: *Historici cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, vnam aliquam rem nolunt spondere, sed adijciunt penes authores fides erit.* Sene. lib. 4. natural. q. c. 3.

85 Arg. ad idem ex Cornel. Tacito.

Tertiò, Cornelius Tacitus agens de scriptoribus sui tēporis, ita habet, c *Priores æui annos multi authores retulerunt pari eloquentia ac libertate; post verò magna illa ingenia cessere, simul veritas plurimis modis infracta, primum inscitia reipublicæ, vt alienæ; mox libidine assentandi, aut rursus odio aduersus dominantes.* Et certè cū lamentatio ista vbique temporum & terrarum plangi videatur, consequens est, vt siue propter inscitiam, siue propter assentationem, siue propter liuorem & odium, à veritate decidant historiarum scriptores. c Tac. lib. 1. hist. cap. 1.

86 Arg. ad idem ex Aristot.

Denique Arist. fidem humanam idcircò à virtutum gradu deiecit, quia ista ad falsum & verum inclinat: habitus enim fidei humanæ inclinat ad credendum credibilia, quæ tamen & falsa esse possunt & sæpissimè falsa deprehenduntur: cûm ergo historiæ humanæ, humanam dumtaxat fidem expostulēt, consequens est, vt non magis veritatem quàm falsitatem contineāt, sed ad summum credibilitatem ad vtrumlibet; & proinde quod non sunt dignæ certa & constanti fide.

87 Necessitas historiæ probatur ex Aug. & Theod.

Nihilominus dubitari in primis nullatenus possumus, quin omnino necessa sit, vt homines hominibus credant, & fidem eis adhibeant, iuxta quæ Theod. & Aug. luculentissime prosecuti sunt, & hoc non solum militat respectu societatis humanæ, quæ proculdubio (vt ipse Aug. ostendit) excideret, & interierit, nisi amicus amico, vir vxori, parentes filijs, fratres fratribus, ciues ciuibus, viatores incolis fidem haberent, & præstarent, sed etiam militat respectu narrationum historicarum, quibus retro sæculis gestæ obseruantur, traduntur, & explicantur. Vnde Cornelius Agrippa, d *Historia est rerum gestarum cum laude, aut vituperatione narratio, quæ magnarum rerū consilia, actiones, exitus, Regumque & magnorum virorum actus, cum ipsorum ac locorum ordine & descriptione tamquam viua pictura ante oculos exponit: ideòque hanc tamquam vitæ magistram, & ad eius institutionem vtilissimam censent ferme omnes.* Theod. in Nestor. d Cornel. agripp.

88 Historiæ encomiā

Diodorus Siculus ad idem. e *Nihil vtilius iucundiusque, quàm in summæ vitæ theatro, hoc est historia, sedentē periculis aliorū sine suo periculo cautum, sapientemque fieri.* e Diodo. Siculus

89 Historiæ necessitas probatur ex Diodoro

Eisdem Erasmus consonat, ita inquiens, f *Nullis ex libris plus vtilitatis capi potest, quā ex eorū monumentis, qui res publicæ priuatasq; gestas bona fide posteris prodiderunt.* f Erasmus.

70 Idē probatur ex Rodulpho.

Vtroque antiquior Rodulphus Agricola ita ad eamdem rem: g *Rerum ad actiones moresque nostros pertinentium ratio ab historicis petenda est.* Addo, quod etiam ab illis hominum in hoc mundo æternitas expectanda venit iuxta, ea quæ argutè satis obseruauit Ioan. Campan. scribens ad Paulum II. Pontifex Maxim. dixit enim: h *Constat historia semper, & eo firmius quo ei plus accidit temporis, fitque in hac sola, vt nihil æquè gratiā, ac robur augeat, quàm vetustas: habet quoque hominis vita pretiosius nihil, & quo magis in longum extendatur, quàm historia. Hæc vnica facit, vt extincti viuant, reddeant* g Rodulphus agricola. h Ioan. Cāpan.

præterita tempora, & quæ absunt longitudine à nobis, versari nobiscum, & in oculis esse videantur: sola est, quæ pariat homini aut æternitatem in terris, aut quantã maximè esse possit diuturnitatem, &c. Inde carmen illud sub nomine historiæ prædicta complectens.

Illa ego quæ gestis præsum custodia rebus,
Digero quod caueas, quodque sequaris iter.

Ecce primum.

Prisca quæ ne veteris vanescant gloria sæcli
Viuida defensam, quæ monumenta damus.

Ecce alterum, id est, & vtilitatem & æternitatem in terris hominibus media historia attribuit. Nos etiam aliquando ostendimus historias prophanas exteras, Ethnicas, & Iudaicas apprimè conducibiles esse ad sacrarum literarum congruentem assequutionem: vtpotè quod multi ritus mores & acta gentium in Scripturis sacris subtiliter tanguntur & indicantur, quæ nisi repetitis fontibus, & requisitis hauriri nullatenus possunt, iuxta quæ ad sensum patebit intuenti librum *Danielis*, aliorumq; Prophetarũ, & etiam Machabeorum. Constat autem quod omnia ista redicula forent, nisi homines hominibus crederent, & fidem suis dictis præstarent. Rationabiliter ergo fides historijs adhibenda est, siquidem in illis & rectè viuendi norma, & æternum in terris viuendi, sacrisque literis interpr̃tandi lux ab historijs pendet.

Laur. Salm. cert. 2. expos.

Mox in dubium vocari similiter non debet, quin prima historiarum lex veritas sit, vt Philip. Veroald. *K* disertè notauit: quod adeò verum est, vt propter hoc Cicero dixerit: *l Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ:* & iterum: *Proprium est historiæ vera scribere:* & Ludouicus Viues, *Historia est imago veritatis absolutissima, quæ rẽ neque maiorẽ, neq; minorẽ reddit, non vt vmbræ, quæ in ortu & occasu solis longissima, in meridie verò prope nulla.* Antea verò Cicero: *In historia veritas obseruatur: in poe si omnia ad delectationem spectant.* Et Strabo, *Historiæ finis est veritas, nec ostentationi, sed fidei veritatique historia componitur.* Ergo historia non debet egredi veritatem &; honestè factis veritas sufficit Inde Polib. dixit: *Similis est historia veritate detracta, animali detractis oculis, quod vsu inutile est.* 90 Prima historiarum lex veritas.

K Sup. Trãq. 99.
l Lib. 2. de oratore ad Q. fratrem.
Cic. 1. de legibus.

Tertiũ etiam exploratissimum esse debet, quod sapienter monuit Card. Baron. nimirũ, quod in disquirenda historica veritate multũ interest habere rationem, quo vexerint tempore, cuiusve fuerint eruditionis, atq; existimationis, qui etiam gesta narrarunt; illa nimirum, quorum ipsi inspectores oculatique testes fuerunt: an potius quæ tantum narratione aliorum sunt assequuti: & similiter vtrum pietatem & virtutem cum doctrina, & veritate coniunxerunt, vt planè digni sint quibus fides integra adhibeatur. 91 Quid ad historiæ authoritatem explorãdũ.

Denique in cõperto est, & citra hæsitationẽ, nihil apud quoscumq; historiarum scriptores minus falsitati obnoxium, quàm quod siue affirmetur, siue negetur, siue referatur, siue subticeatur, nihil commodi, aut incommodi scriptori præstat, nec aliquo modo illud dicere, aut omittere è sua re est, vtpotè quod neque ad palpandum Principem, neq; ad vindictam de illo sumendam aut etiam ad aliquod sibi ius comparandum operæ pretium est. Constat autem istius generis esse quæ à Concilio scriptorum referuntur. Quid enim operæpretij habet pro scriptore actorum Concilij enumerare canones, & recensere iudices & notare locum, atq; etiam tempus cum alijs circunstantijs, quæ concomitantur Concilia? Maximè dum scriptores isti, non solùm ad posteros, sed etiam ad præsentes scribant, quæ literis mandant, & subijciunt illa iudici & censur illorum, qui testes oculati fuerunt. Quæ igitur calumnia, quamuis arguta & cautilosa, ab huiusmodi scriptoribus poterit eripere fidem? Digni igitur sunt istiusmodi historici, vt narrationi illorum integra adhibeatur fides. Maximè cùm non sint de cœtu historicorum illorum, qui addunt fabulosas historias, id est, vera falsis admixtis ob lectorum delectationem; sed qui data fide incorruptam, & incontaminatam veritatem recenlent 92 Boni historiographi conditiones.

censent, vtpotè narrantes, vel quæ ipsi viderunt, vel quæ exceperunt auditu; publica non dissentiente fide, sed potius corroborante.

Scribentes Conciliorum gesta qui & quales

93 Adde, quod authores scribentes Conciliorum gesta communiter & regulariter publica & probata fide, non vero priuata id faciunt: non enim se ipsos pro libito inserere solent ad huiusmodi munus, sed authoritate publica Principum, vel Reipublicæ deputati. Vnde propè modum assumuntur viri omni exceptione maiores, digni per omnia, quibus integra adhibetur fides. Propter quod Cassiodorus noster m egregiè commendat relatores rerum Ecclesiæ, vtpotè qui *Ecclesiastica grauitate compositi lacteo quidem* (verba sunt Cassiodori) *sed castissimo nitore decurrunt*: & recensitis, pariterque summis laudibus celebratis antiquioribus Ecclesiasticarum rerum scriptoribus, de futuris & nouissimis, inquit: *Inuenietis alios subsequentes* (id est alios similes) *quia non desunt scriptores temporum, cum secula sibi iugiter peracta succedant.*

m *De diuin. Lect.*

Quibus habenda fides, qui bus detrahenda.

94 Et sanè sicut, n *Qui cito credit, leuis est corde*, vt monuit Spiritus Sanctus: ita qui tardus ad credēdum reperitur, stultitiæ atque peruicaciæ notatur, iuxta increpationē illam Domini ad discipulos: o *O stulti & tardi corde ad credendum.* Et licet non omnibus omnimodo loquentibus eadem debeatur fides, semper tamen obtinet illud Spiritus Sancti elogium: p *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.* Et ita eandem rem pluribus probatæ fidei ex æquo cōtestantibus (vt in nostro casu contingit) siue oculis, siue auribus hauriam stabilis debetur fides: & licet ipsa natura impellente ab omnibus, & quibusq. præstatur; si modò peruicaciæ, vel odij, ac similia in auditoribus crimina desint.

n *Eccles. 19. 4.*
o *Luc. 24.*
p *Deut. 17. 6. Et cap. 19. 15. Et Matth. 18. 16.*

Fides humana aliquādo euidens.

95 Imò, vt Bellar. notauit, fides humanana, quæ huiusmodi rebus præstatur, quodam modo euidens, & proinde necessaria est, vtpotè extorta catena tantorum testium, eandem omnino rem eodem omnino modo constanter asseuerantium, & ideò nullus citra proteruiam; imo potius citra apertam insaniam potest illis infitias ire: sicut nullus infitiari potest fuisse quondam Cōsulem Cicer. Iulium Cæsarem Dictatorem, esseque nunc apud Italos Romam superstitem. Quare non tàm virtutis & humanitatis, quàm necessitatis & coactionis opus est credere Concilium Nicænum, v.g. aliquando congregatum fuisse, hisque & illis circunstantijs, atque requisitis ornatum, prout inconcussa tantorum testium affirmat authoritas: & idem est de alijs. Non ergo propter historias Concilij authoritas infirmanda est.

Cur historiæ aliquā falsitatis arguuntur.

96 Quod si historiæ aliquæ mendacij arguuntur, huiusmodi sunt illæ; de quibus in argumentis considerandum est, quod sicut non omnes homines eiusdem naturæ & censuræ, ita nec omnes narrationes illorum. Sunt enim aliquæ, quibus fides negari nō potest, iuxta supra dicta; & sūt alij, quibus fides adhiberi prudenter nō valet: vel quia cōstat de inscitia, vel de malitia scriptoris, vel de falsitate scripturæ: quando vero omnino absunt huiusmodi vitia; & vice illorum succedunt scribentis authoritas, ac probatæ fidei veracitas & nullum contradicendi argumentū occurrit, necessario fides illi adhibenda est; necessario inquam, necessitate prudentiæ: quia imprudentia esset fidē tali historiæ detrahere; prudentia vero maxima illi per omnia assentiri. Ex quo sequitur fidem humanam tali historiæ tributam esse opus virtutis, vtpotè à prudentia dictatum. Nisi velis dicere, quod necessitas præstandi huiusmodi rebus assensum, tollit rationem virtutis: quia tollit rationē ardui: quod enim suaptè natura arduum & difficile non est, opus virtutis non est, videtur autem difficile non esse assentiri authoritati dicentis ex probata audientium fide; & citra calumniam omnium.

Cur tanta habetur fides historijs, quæ sunt de Concilijs.

97 Sed quidquid sit de his (de quibus plura omnimoda eruditione respersa; & ferè in immēsum protracta Melchor Cano) adhuc Cōcilij veracitas incōcussa relinquitur, vtpotè quòd non tàm credimus Concilia illa confirmata ob historicorum attestationem, quàm ob scientiam & patientiam Pontificū, quas experimur erga ea. Videmus enim Romani Pontifices Concilia illa tanquam legitima venerari, & illorum canones tanquam fidei definitiones à suis prædecessoribus confirmatas colere, & tanquam fidei dogmata per vniuersalem

Cano de locis lib. vltimo.

Ecclesiam

Ecclesiam de authoritate Pontificis circumferri; quod sanè virtualiter est approbare illa, & coram oculis nostris potenter confirmari. Quare in huiusmodi rebus non tam alijs, quàm nostris præstamus fidem sensibus.

CAPVT DVODECIMVM.

Respondetur vltimæ probationi vltimi argumenti 1. capitis; & ostenditur, qualiter sententia vnius possit in Concilio irrefragabilis esse.

98 AD Vltimam probationem (quam vltimo hæreticorum argumento subiunximus) respondetur, verum quidem esse, quinimò & quodammodo necessarium, vt sæpè, imo semper, in Concilio vnus, vel alter illorum, quibus iure cæteri differunt ob grandiores, atq; illustriores in omni literatura progressus, susceperint & semper suscipiant munus aperiendi, vel ferro, vel igne (quod dici solet) obstrusas & implexas quæstiones, & illas coram omni Senatu pro virili exprimere, imò quantum est ex se, finire, ac definire, sub censura tamen, atque correctione adstantium, quibus ex officio incumbit alta mente perpendere, & attente considerare, vtrùm sic discussa & diffinita sint contra ius, fasq;, vel potius secundum rem, rectamq; rationem & legem. Quare dum vnius dicto subscribūt reliqui, idem est, ac si omnes verbaliter, & multo verborum strepitu flumineq; id dixissent. Sicut dum surgente Petro & vnice verba faciente ad discipulorum consessum, a circa electionem illius, qui loco Iudæ subrogandus erat, cuncti tacitè assenserunt, idem omnino fuit ac si omnes loquuti fuissent, & alta voce proclamassent, id quod Petrus illis proposuit, & faciendum decreuit. Et nullum existimo comitiorum cœtum, in quo vnus aliquis, tanquam vel experimento, vel consilio maior præ alijs, sententiā nō proferat amplectendā, vel respuendam à cæteris, prout illis visum fuerit. Vnde quando amplectuntur illam, idem est, ac si omnes ex æquo eandem pronunciassent, & conceptis vocis tanquam ex suo cerebro eruissent. Constat autem, quod iam sententia illius non est sententia vnius, sed potius sententia omnium; & proinde quod si omnes falli non possunt, quod neq; vnus hoc modo cōsideratus falli possit.

Semper in Concilijs vnus, vel alter præ cæteris causas digerit.

a *Actor. cap. 1.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Respondetur arg. secundi capitis; & ostenditur, quo iure Concilia aliqua possint errare.

99 ARgumenta secundi capitis aliqualem solutionem exposcunt quatenus pugnare videntur cū tertia conclusione 4. cap. Quare ad primum respondetur, verum quidem esse, quod vniuersale Concilium vniuersalem repræsentat Ecclesiam, cum subordinatione tamen ad caput Ecclesiæ, quod est Romanus Pontifex: quia corpus sine capite non est absolutè loquendo totum corpus, etiam repræsentatiuè & authoritatiuè: quia potissima authoritas resplendet in capite, & ab illa deriuatur in reliquū corpus. Quare vt repræsentatio ista integra sit, spectari debet Romani Pontificis sententia. Etenim si repræsentatio Concilij adhuc in suo genere integra non est, donec singuli congregatorum vel pronunciando, vel subscribendo mentem suam aperiāt, multò minus erit cōpleta & perfecta, donec Concilij caput vtiq; Rom. Pont. sententiam suam pronunciet, siue simul cum Concilij Patribus, quando præsto adest, & præsidet, siue postea quando abest, & non præsidet per seipsum, sed per suos legatos Concilio.

Res. arg. 2. capitis prout pugnant cō tra tertiā conclusionem.

100 Et licet Romanus Pontifex quodammodo adsit omnibus Concilijs legitimis, in quantum per legatos suos præsidet illis: quia tamē priuilegiū, quod habet nunquā errandi in fide, indiuiduū prorsus est, ita vt transferri non possit, nec cōmunicari legatis, iuxta supradicta, ideò vsq; dū persona Pontificis sententiā suā proferat, non habet Conciliū omnia requisita ad irrefragabiliter definienda dogmata, licet habeat iurisdictionē tanquā supremus Ecclesię Senatus ad ferendā iuridicè sententiā, iuxta quæ similiter suo loco diximus. Quare vt Conciliū errare omnino non possit, opus habet sententia Pontificis tanquam sententia potioris membri intra totum corpus Ecclesiæ.

Priuilegium nūquam errandi nō se extendet ad legatos Pótificis.

Quod

Obijcitur contra prædicta, & obiectio refellitur.

101 Quod si obijcias vltimam conclusionem huius dubij, in qua diximus totius Concilij sententiam non posse subesse falso, etiam ante approbationem Pontificis. Respondetur id non esse, quia Concilium sine subordinatione ad Pontificem repræsentet totam Ecclesiam; sed quia inde sumitur argumentum illa esse totius Ecclesiæ vocem, quæ in absentia capitis non potest errare, vt patet in sede vacante. Vt ergo Concilij definitio summæ authoritatis sit, oportet esse munitam corroboratione Pontificis & confirmatione illius: antea enim quantumcumq; deprehendatur, & inueniatur vera, adhuc fide diuina necessario credenda non est, vtpotè nondùm proposita inter dogmata fidei, neque authenticè euulgata tanquam reuelata diuinitus.

Resp. reliquis argum. 2. capitis.

102 Ad reliqua argumenta respondetur, tantum probare conclusionem quintam, & ad summum probare sextam; non autem probare Concilia legitima, vt sic dependenter à confirmatione Pontificis stabilem fidem continere, aut reddere. Vnde omnia, quæ Concilia decernunt, siue præcepta, siue excõmunicationes, siue propositiones doctrinales & dogmata, Summi Pontificis confirmationem expectant, vt rata sint apud vniuersalem Ecclesiam, sicut Sũmi Senatus decreta erga totam Rempublicam expectant confirmationem Principis, vt vim legis habeant & quoscũq; inferiores obligent. Hæc de hoc dubio. Aliud poterat excitari, vtrùm per omnia Papa sit suprà Conciliũ, vel potius è contra? sed de hoc commodius in tractatu de Summo Pontifice.

DVBIVM VLTIMVM.

Vtrùm Concilia legitima sint visibilis regula credendorum?

SVMMARIVM.

1 *Concilia non sunt vltima regula credendorum.*

2 *Notatur Alphonsus de Castro, & commendatur.*

3 *Concilia non errant, at per se non sunt veritatis regula.*

4 *Ad quid valeant Concilia etiam cum non sunt credendorũ regula?*


5 *Presse obijcitur contra prædicta.*

6 *Obiectio dissipatur.*

7 *Decreta Pontificum illustriora redduntur Conciliorum assensu.*

8 *Concilia Pontificũ instructiones discutiunt, & de illis iudicant.*

Concilia non sunt vltima regula credendorũ



1 HÆC Est vltima & potissima pars huius tractatus, imò scopus & finis illius, breuiterè tam expediendus: quia ex dictis constant plus satis dicenda. Sanè si nullum Concilium quantumcumq; legitimum veritatis regula est, donec Romani Pontificis confirmatio accedat, vt patet ex dubio præcedenti, consequens fit, vt neque sit regula credendorum.

Notatur Alphõsus de Castro, & comẽdatur.

2 Scio Alphonsum de Castro in contrariam partem propendere, ratus quod Concilium legitimum est vltima regula credendorum. Verum tamen author iste (aliàs pijssimus & sapientissimus) aliquantulum lapsus videtur in eo, quod existimauit Summum etiam Pontificem erroribus & falsitatibus obnoxium esse. Et ideò intulit, quod nisi negare velimus esse aliquam in rerum natura visibilem regulam credendorum, secundum quam à lapsis reuocari possint errantes, dicendum, est huius regulam esse omnino legitima Cõcilia.

Concilia non errant, at per se nõ sunt veritatis regula.

3 Verum tamen licet de fundamento & præsidio istius authoris disputãdum modò non sit, sed reijciendum potius in propriam sedem, vtique in tractatu de Sũmo Põtifice: ex his tamen, quæ hactenus diximus solideq; probauimus, cõstat Cõciliũ, quantũcumq; legitimum non posse habere rationem talis regulæ, ante confirmationem Pontificis: quia non omnino est immune à defectibilitate errandi: licet enim in Concilijs erratum non sit, non tamen inde colligitur, quod omnino errare non possent, vt iam sæpè ostendimus.

Quod

4 Quod si obijcias primò, sequi ex his congregationes Conciliorum vanas prorsus & inutiles esse: siquidem ex illarum decreta veritas non colligitur. Respondetur negando sequelam: quia licet solius Concilij authoritas non sit satis ad fidem faciendam, sine Romani Pontificis assensu & confirmatione; multi tamen ponderis sunt, tàm ad consequendam veritatem, quàm etiam adhoc, vt Pontifex prudenter omnino & fideliter proponat Ecclesiæ dogmata digna fide diuina. Sicut summi Senatus decretum, & decisio licet satis non sit ad ferendam legem Reipublicæ; multi tamen operepretij est, ad hoc, vt Princeps prudenter ferat illam.

Ad quid valeant Concilia etiam quæ non sunt credendorũ regula?

5 Quod si obijcias iterum, hoc tantum militare, quando Concil. canones subsequitur confirmatio Pontificis; non verò quando præcedit: vt contingit quando legati accipiunt à Romano Pont. agendorum, ac definiendorum instructionem: tunc enim superflua videtur congregatio Concilij: nam si subscribit instructioni Pontificis & eius decreto, tunc actum agit: si verò non subscribit, toto cœlo errat. Ad quid ergo colligitur?

Presse obijcitur cõtra prædicta.

6 Respondetur, quod etiam tunc temporis est apprimè conducibilis Cõciliorum congregatio: primo ad examinandum, non secus atque ad Lydium lapidem, ipsam instructionem Pontificis: vt si fortè inueniatur plus, minusve habens, hoc est, claudicans, vel redundans aliquo pede, re inspecta Pont. reddat Concilio rationem sui decreti, vel mutet sententiam latam, corrigendo instructionem suam: & hoc non solùm est de beneplacito & licentia Pontificis, sed etiam de iussione illius. Iubet enim, vt sententia sua coram omnibus & ab omnibus examinetur, & Cõcilij approbatio vel improbatio ad eum referatur, & remittatur antequam iuridicè diuulgetur.

Obiectio dissipatur.

7 Secundo quia, vt prudenter obseruauit Cano, semper Concilia faciũt populo plausibiliorem fidem à Romano Pontifice euulgatam, propter acceptissima multorum testimonia atque iudicia, quibus stabilita proditur: nam & leges, quæ cum Optimatum calculo approbatæ prodeunt in lucem, libentius populus acceptat, quàm si à Rege solum stabilitæ prodirent. Quam ob rem noster Beda [a] prudenter sanè monuit, Paulum contulisse cum Apostolis alijs Euangelium, quod prædicabat in Gentibus, solerter in Concilio disquirens, an rectè de legalium cessatione doceret: *Non quod ipse (inquit Beda) de hac re aliquid dubitaret, sed vt mentes dubitantium Apostolici Synodi authoritate firmarentur.*

a Sup. ad Galat. 1.

Decreta Pontificum illustriora redduntur Cõciliorum assensu.

8 Ad argumentum igitur respondetur, Episcopos habita instructione Rom. Pontificis non continuo teneri à maiori indagatione cessare, & vtroq; pollice amplexari illam. Non enim id vult Pontifex; sed potius intendit, vt Concilij Patres instructionem illam tota mente scrutentur, & iudiciũ quod proferunt circa eam citò renuncietur illi, & vt ipse planè cognoscat, an possit inoffenso pede percurrere & vniuersali Ecclesiæ tanquam dogma Catholicum euulgari; aliâs (vt Bellar. inquit) si tenerētur Episcopi in Concilijs sequi continuo instructionem Pontificis, iam verè non essent iudices, sed iudicis præcones, neque haberent libera suffragia; & ipsi citra præiudicium instructionis, suam iuridice debent mentem aperire, sententiamque pronuntiare; sed examinandam tamen, vel vltimo corrigendam, vel confirmandam ad censuram & notam Pont. Et hæc de isto tractatu.

Concilia Pontificum instructiones discutiunt, & de illis iudicant.

VOLV-

INDEX RERVM QVAE IN HOC VOLVMINE DE Concilijs continentur:

¶¶ Causas

¶¶ 2 Conci-

Hære-


I

L

M

Roma-

Finis.



INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE ex Conciliorum volumine.

¶¶ Ex

FINIS.